



C-37-41 (15)

1704-22-3-27 R 29637

Agid. Caroloman: Phys
1672

**IOACHIMI
MYSINGERI DENTATI**
A FRVNDECK, IVRECON-
SVLTI, AVSTRIADOS
LIBRI DVO.

D-2
37-6
76
15



*Cum gratia et privilegio inclitae
Caesareae Maiest.*

Basilicae, apud Mich. Isingrinium,

M. D. XL,



d

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

ILLVSTRISSIMO, ET POTENTISSIMO CAESARI FERDINANDO, *Germaniae, Hungariae, Bohemiaeque regi inuictissimo, IOACHIMVS Mynsingerus à Frundeck, Iurisconsultus,*

S. P. D.



OGITANTI plerumque mihi, CAESAR inuictissime, atque ad amplissimam illam beneficiorum, & liberalitatis tuae uere regiae magnitudinem, quam in parentes in eos, atque etiam totam domum nostram toties exercuisti, animum cogitationesque referenti, operae precium fore uidebatur, deuoti in te mei animi conatum aliquo symbolo declarare: quum ut in dyltae Maiestati tuae me insinuarem, tum ut patrem meum charissimum, ab ingrati animi foedissimo crimine, ac deterrima labe quam longissimè abesse ostenderem. Compertum sanè habeo, in hominum uita, atque uictu, & in ea societate communi, quae cognationis quasi uinculis quibusdam, & naturali ipso iure continetur, eos praecipue existimari officij retinenteis homines, omniumque beneuolentia dignos esse, qui accepti beneficij memores, quam possent autoribus suorum commodorum alacri animo gratiam persoluerent. Quare in eam aliquando curam incubui, ut aliquod gratiae mentis argumentum demissè, & cum debita exhibendo reuerentia, parentis mei, atque omnium nostrum memo-

rem tuæ Maiestati probarem animū. Ac iam quidem biennium ferè tranfactum est, quando ego in signum gratitudinis perantiquam illam, ac multo nobilissimam Austriacæ familiæ originem, à Troiano excidio ad tua usq; tempora deductam, rudi quidem certè, ac iuu. enili, sed uero tamen carmine conscribere, ac deinde præstantissima illa tua, inuicissimiq; CAROLI Imp. Aug. fratris tui immortalitate digna rerū gesta, ad instar uaticini; cuiusdā duobus libris strictim perstringere in animo habui. Verū hoc argumenti genus mihi tum nō in feliciter ingresso, multa sæpe fuerunt, quæ me in prælegendis publicè Institutionū Imperialium libris occupatū, gerendarumq; rerum studijs inuolutum, intempestiue ab opere diuerterūt, ita quòd huic iuxta animi mei sententiam, colophonem addere, atq; supremā imponere manū nequiueroim. Priorem quidem Austriados librū ante annū ferè inter summas occupationes, & toties interruptum studiorū meorū cursum, à me scriptum, uerū imperfectum adhuc & rudem, sub incudem quasi reuocans, præterito æstiuarū uacationum tempore, quæ nobis ob sæuientis Caniculæ rabiem, pro ueteri Academiarū more indultæ sunt, castigatiore & politiore reddere conatus sum. In eo au. è libro tuæ domus ortum, succinctè quidem certè, ac strictim cōplexus erā, propterea quòd libri ipsius magnitudo in causa fuit, ne omnium tuæ familiæ Principum

cipum nomina, & res præclare gestas insererẽ, quæ
 ea ratione æquò plus excreuisset. Postea uero ad
 pristinũ publicè profitendũ munus reuersus, ijs sab-
 tem diebus, quibus mihi à grauiore atq; uberiore
 Iuris ciuilibus studio paulisper secedere, & quasi exu-
 lare dabatur, me ad Musas iterũ, haud ita pridem
 intermissas cõferens, ad alterum Austriados librũ,
 qui te & CAROLVM V. fratrem tuũ, ac utriusq;e
 præclara facinora sub uaticiniũ forma comprehen-
 dit, absoluendũ (nam exorsus eum prius fueram)
 manum admolitus sum, trim estriq; tempore succi
 suis certè horis ad finem perduxì: quàm feliciter,
 aliorum esto iudicium: rarus profectò,

Cui solidos liceat sic intermittere nexus

Iuris, & Aonias rursus adire deas.

Cæterum subuerendum hic mihi est, serenissime
 Rex, ne plures sint futuri (ut inuidiæ admodum li-
 beralis est hæc ætas, multò magis, quàm uel candori,
 uel humanitatis) quibus illa nõ satis probabun-
 tur, quàm qui me ob hoc exercitiũ genus laudandũ
 etiam esse, atq; ornandum ducent. Ac pleriq;e, sat
 scio, uitio mihi audebunt uertere, quod iuuenis
 ego, exemptũ ex inscitia tenebris pedem uixdum
 habens, & ferè nulla adhuc autoritate pollens, tuas
 mihi laudeis conscribendas adsumpserim. Nam si
 Agesilaus olim dux Lacedæmoniorũ, ne quis ima-
 ginem ipsius ullo modo exprimeret, edicto cauisset
 legitur, quòd opinaret à nullo prorsus artifice sin-

gularum eius formam absolui potuisse: & Alexander ille Magnus non aliam ob causam ab Apelle potissimum pingi, & a Lyfippo fingi uolebat, nisi quod illorum artem quam ipsis, tum etiam sibi glorie fore putaret: & ego uereri debuissim, quum non parum sit exigua ingenij mei imbecillitas, & maxime ex sermonis Latini paupertate laborum, ne tuas quam amplificare uoluerim, imminuerim etiam laudeis ac uirtutes. His ut perfunctorie respondeam, primum quidem omnium ingenuum fateor, quod rei me grauitas & magnitudo ab incepto non nihil deteruerit. Per magna enim res est, ualentiorumque certe uirium, quam sint mearum, talem scribendi materiam pro dignitate tractare. Non tamen propterea quasi oneri succubens, tacere uolui, sed ueteres potius agricolas imitari, atque ut illi Cereri spicam, Mineruam oleam, Baccho racemum, sua cuique deo munera offerebant: sic tuarum ego Maiestati hanc quantulamcumque opellam, ueluti perpetuum quoddam memoris animi documentum offerre conatus sum. Enim uero uociferentur hi, qui nihil, quod non ipsi scripserunt, recte scriptum putant, quicquid uelint: ego certe nec per his, qui in grauioribus uersantur studiis, in decorum esse arbitror, huiusmodi rebus minus serijs, ac lulis perquam honestis incumbere, talisque laxamento ingenij lassitudinem ex serijs studiis contractam reficere. Hac equidem potissimum ratione uulgo in Academicis receptas puto, atque indultas esse

effeliterarij studij remissiones, ut postpositis seuerioribus rebus, studiosi ociosos uacationum dies, dum se calor aestiuus frangat, honesto aliquo exercitationis genere traducerent. Nam et M. ille Cicero, ut eloquentiae, ita & philosophiae princeps, lib. Offic. primo docet, licere omnibus, etiam sapientissimis quibusque, ocio, ludo, & ioco uti, licere cum genio in gratiam redire, eisque paulisper indulgere tum, cum grauius seuerisque rebus satisfactum esset. Ita enim relaxatur à curis, remittiturque parumper animus, nosque ipsos restituiamus nobis, atque ad reliquos confirmamus laboreis. Sic in ludis ipsi quoque athletae facere solent, qui quum aliquo in cursu defudarint, confidunt aliqui diu, reuocantque sese, ut sint ad reliqua postea certamina ualentiores. Eadem ratione apud Romanos C. Laelium prudentissimum hominem, cum P. Scipione, uiro sapiente & graui, quum eorum animi forensibus negotijs, atque urbano opere nimium districti fuerant, conchas & umbilicos ad Caietam, & ad Lucrinum legere consueuisse, memoriae consecratum est. Et apud Valer. Max. legimus, Socratem illum, qui unus oraculo Apollinis sapientissimus est iudicatus, ab Alcibiade irrisum fuisse, quod imposta cruribus suis uridine, cum puerulis obequitare conspectus fuerit. Animus equidem noster non uacare semper rebus seuerioribus potest, neque si uacet, tamen ex illis tam plenam capit iucunditatem, quam si ea ipsa

remitteret interdum, & mox non longo interuallo intermissa reuocaret. Et profectò poeta ille sapientissimus nusquam Vlysi concessisset, quem prudentissimū semper facit, ut Sirenarū cantus audiret, nisi liceret etiam grauibus & sapientibus uiris (quorum tamen in numero me non pono) minus feris adesse interdum rebus, & lusus captare non adeò seueros, dum tamen in eo modus nō excedatur. Atq; hæc quidem eò spectant, diue CAESAR, tum quòd planè existimem, mihi non debere uitio à quoquam uerti, quòd maluerim hoc uacationū tempus lusibus atque exercitationibus istiusmodi non omnino malis insumere, quàm nonnullorum more, omni prorsus abiecta literarū cura, Neronianas capedines fortiter ebibere. Tum etiam, ut & tu hanc meā sedulitatem, qualem cūq; quidem, officiosam certè, & ab optimo animo, & tuæ Maiestatis studiosissimo profectam, nō respuas, sed pro genuina bonitate tua, atque propensissima in studiosos omneis inductione animi æ uoluntate, hilari fronte suscipias: atq; etiam si quando armorū cessabūt strepitus, & à rerum administrandarū curis & occupationibus solutus eris, benignè legas: Philippum illum Macedonię regem imitatus, qui tam etsi omni ferè tempore negocijs belli esset implicatus, nūquam tamen à liberali Musa, studijsq; humanitatis recessit. Scipio quoque in medijs difficilissimi belli apparatib, bonarū literarū studia nō præter-

termisit, philosophorū scholas crepidatus frequen-
tans: & ne post insignes uictorias animum sibi in-
soleſcere prosperis rerum successibus permetteret,
cum literis & literatis frequens uersabatur. Quid
uerò externa exempla aduocor: quid D. Maximilianus
auus tuus: quo Principe, nemo unquā bonarum
artium studia fouit indulgentius: cui singularis
beneuolentia in doctos, & literarū cognitione
instructos homines, semper fuit: quos ad scri-
bendum etiam magnis premijs adhortari solebat:
nonne is literis etiam ipso in bello summis uigilijs
deditus fuit: in quo tamen ita magna rei militaris
esse occupatio solet, ut non multū Imperatori sub
ipsis pellibus ocij relinquatur. Huius tu uestigijs
insistens, inclyte CAESAR, studiosos haecenus omni
benignitatis & munificentiae genere ita complexus es,
ut multis quoque eos beneficijs & dignitatibus ornados
esse semper existimaris. Quod cum & Austriae haec mea
nuper audiuiſſet, plures scilicet doctorum hominum
securas sese sub tuo praesidio collocauisse haecenus:
& ipsa in spem sublata, cupiuit uagari, & tibi suum dare
lusum. Quem enim alium properatae egressionis in
publicum tutorem ac defensorē, & quasi tutelare
quoddam nomen quaereret, nisi cum, cuius nobilissimam
familiam, rerumque praedare gestarū monumenta, effere
re laudibus, atque amplificare uisa fuisset: Quocirca
illam, optime Princeps, tui nominis fulgenti hono-

EPIST. NVNCVPATORIA.

re decoratam, & aura illius præmunitam, læto iam gradu, plenamq; fiducia ad te properantē, eo uultu suscipere tua Maiestas inclytissima uelit, quo set uel grauissima, & ab additissimis clientulis profecta munera. Hac certe sola ratione & mecum spero mitius actum iri, quum uiderint omnes, meam hanc filiolum magis benignitati tuæ, quam suæ indignitati fidentem, tanti Principis cōtemptum au fugisse: meoq; admo uebitur animo ingens ardor, aliquando maiora grauiorâque aggrediendi: denique nunc qui in campo Aufriadum patentissimo uix lentè repto, olim gradatorio saltu quoquoer sum pedem feliciter promouebo. Vale.

Friburgi Brisgoiæ, Nonis Ianuarij, Anno uirginei partus,

M. D. XL.

SEBAST. LINCKII IN IOACH. MYN-
SINGERVM *Dentatum Epigramma.*

Macula uis animo si rara latere tenello,
Præclari uirtus & solet ingenij,
Omne molliculi dentato proditur oris,
Si modo natura dogmata uera crepant.
Non secus, ac primis turgescens floribus arbor,
Sic uirtus raro dente futura tumet.

Dente

*Dente, puer secum materni uiscera rumpens
Corporis, ad lucem quem tulit hancce gemens,
Tali nascentem quum te, DENTATE, futuri
Præscia uis, fatum nobilitauit item,
Muneris Aoniæ, & uitæ quoq; candidio, is,
Te pulchros fructus ædere quisq; uidet:
Olim, ni fallor, uisurus fertiliore
Dona Heliconiades fundere messe tuas.*

GEORG. BOCK ARLVNENSIS
ad Lectorem.

*A*Vstriadum dum gesta canit, dum regna, ducesq;
Dum confert, uoluit quod Maro, quod Cicero.
Antiquæ cineres DENTATVS suscitât urbis,
Crede mihi, hunc cuperet cum Cicerone Maro.

In inelytum Phœcbi, Charitumq; alumnus, ac ue-
rè nobilem uirum IOACH. MYNSINGERVM
à Frundeck I. C. Fribergi Instit. professorem ord.
præceptorem suum semper colendum, Io-
sephus Phrysius à septem syluis.

*S*i caelare solet præclarum Oenotria tellus
Nasonem toties, Vergiliumq; suum:
Et merito insiguem bellatrix Sueuia laudet
Legum Doctorem, magnificumq; uirum,

Qui modo *Casarem* tollit super æthera gentem,
Austracæ, recinens, quæ sit origo domus
Carmine grandiloquo, quod uel conferre uetus
Vatibus ipse ausim, uel, *Maro* magne, tibi.
 Quicquid amor iustæ, quicquid reuerentia legum
 Sanxit, fecundo hic corde poëta gerit.
 Adde, quod huic facies tenui lanugine uernat,
 Quodq; huic uix uesit prima iuuenta genas.
 Cognitione tamen legum splendet amœna,
 Et pariter scripti dexter in omne genus.
 Efferat hunc (itero) bellatrix *Sueuia* magnis
 Laudibus, hunc cesset carpere liuor edax,
 Hunc potius merito semper ueneretur honore,
 Quicunq; *Aonias* gestit amare deas.
 Perpetuos hunc ipse quidem uenerabor in annos,
 Iunior etsi sit, patris amore colam.

ERRATA

Pagina 5. uersu 3. lege, Spumeus. 24. uers. 8. immidi.
 26. uersu 14. perisape. 44. uers. 8. non cultam. 45. uers.
 14. æthera. 43. uers. penult. uirtute. 49. uers. 6. ær-
 iam, 64. uers. 9. Carolus.


Pag. 67. uers. 11. leg. eruer, aut. Ibid. uers. 11. Vos igitur
 uos d. 71. uers. 8. pro Dehinc, leg. De sine, Item fol. 37.
 uers. 6. pro insidet, leg. insidat.

IOACHIMI MYSINGERI DENTATI

À FRVNDECK, IVRECONSULTI,

AVSTRIADOS LIBER

PRIMVS.



*Gredior FERNANDE, tuæ pri-
mordia gentis,
Sim uates licet exiguus, frustra que
Poëtis
Immixtus, canere, & cursim libare
uirorum*

*Austriadum facta admiranda, domiq; forisq;
Et CARLI, laudesq; tuas perstringere paucis,
Dum ualeant nostri tenues subsistere uires
Ingenij, & laudum tantarum pondera ferre.*

*Sic tu, omnes quem iam populi, regesq; saluant
Romani heredem rogni, qui nomine gaudes
Cæsareo, mihi tu uires, & pectora presta,
Tu uatis dubios audentis dirige gressus,
Tu tantum adspira, & nostro succurre labori,
Adspirasse simul doctum Titana putabo,
Et Bromium, & Musas, & cætera numina uatum.
Quod si deductos, tenueris, & fortè minores
Austriadum uirtute dabit male culta Thalesa
Versus, non erit ast ideo fraudanda uoluntas
Laude sua, ingenij desint si robora. Nam cui*

A

Vatum, cui quæso, fonteis Libethridos antri
 Laxavit Phoebus tantum, ut contexere chartis
 Facula queat, queis foeta ducum domus Austria pollet?
 Laudesq; Austriadum egregias æquare canendo?
 Nedum ego, qui prima uixdum lanugine uerno,
 Et cui, ceu canibus stagnantis flumina Nili
 Currendo libasse sat est, Aganippidos undam
 Sic summis uix concessum est tetigisse labellis,
 Pangere sat grandi possim decora inelyta uersu
 Austriadum, aut sat sublimi, sat diuite uena.
 Ne tamen hæc tu respueris mea munera parua.
 Sic Xerxes placidè latices, quos rusticus olim
 Præbuit illotis manibus, suscepit & hausit,
 Inspiciens animum, non rem, donantis amici.
 Posterius, cum firma annis accesserit ætas,
 Auspice te, grauiore sono res dicere gestas
 Virginea pergam redimitus tempora lauro.

Inuocat Da-
 nubium, ut po-
 te cuius uatici-
 nium sit descri-
 pturus,

At tu, rex Ister flumiorum maxime, cuius
 Arcanos potuit nunquam deprehendere fonteis,
 Ingenijs fuerit semper ditissima quamuis
 Nobilibus terra Ausonia: qui flumine campos
 Fœcundas nitido, diuersa per ostia late
 Quiq; annes recipis uarios, hisq; auctus in undas
 Septuplici glaucas te gurgite Tethyos infers:
 Undarum o pater & princeps, qui ex agmine tanto
 Vatum augustorum, quos nostra exuscitat ætas,

*Me petis, ut diuina canam præconia, quæ tu
 In CARLVM & FERDINANDVM duo culmina
 Olim fudisti dio ore, & carmine uero, (terræ,
 Carmine, posteritas quod nulla redarguet unquam
 Perfidie, mihi adesto etiam, placideq; liquores
 Pandito Castalios, nostros penitusq; per artus
 Discurses, sacrasq; facis sub pectore condas,
 Dum promptè tua iussa sequor, monitusq; capeffo.*

*Hellæ iam uellus ouis Latonia proles Ver.
 Presserat, actutum uario cum prata colore
 Pingit, & herbofo terras obnubit amictu
 Ver placidum, frondeis nemori, syluisq; reponens,
 Quas glacialis hyems, Borea grassante hyemali
 Discussit, renouatq; comas, formosaq; prata.
 Ergo iam rident syluæ, iam frondibus arbor:
 Luxuriat foecunda nouis, iam palnite gemmæ
 Turgent in uiridi, segetes iam lætus opimas
 Fundit ager, multo reddens cum foenore semen,
 Et blando strepitant uolucrum nemora auia cantu:
 Indomiti pariter cessant Euriq; Notiç,
 Trux Aquilo cessat, tantum per florea rura
 Regna tenent molles Zephyri, atq; tepentior aura
 Pectora nunc hominum mulcet, diuosq; serenat.*

*Quare Danubius multarum diues aquarum,
 Fluiorumq; pater, uitrea sese extulit unda,
 Tempore seu captus ueris, seu pandere fata*

Veridico nobis cupiens sermone futura,
 Quæ partim nunc contigerant, partimq; futuris
 Euenient annis, & fient irrita nunquam.
 Ipse quidem tunc carbaso uelatus amictu,
 Cinctus flauicemos umbrosa & arundine crineis
 Frondosæ nemoris, tum & amœni frigore luci
 Lustra subit, cubitoq; suo subnixus, & urnæ,
 Fontibus & riuis ceu uellet dicere iura,
 Confidit, manibusq; hærentem uligine barbam
 Demulcens, ad se Xanthò, Phialenq; decoram

Conuocari
 mandat Danu
 bius fluuios in
 se incurrentes.

Conuocat, acciriq; deos his imperat almos
 Vndarum quicumq; darent sibi certa tributa,
 Ut festinarent famulis accurrere lymphis
 Quæ mprimū, fortunatam nam sydere fausto
 Adu: nisse diem, qua nutrix Austria regum
 Demissos cœlo fratres, duo debita terre
 Lumina, nunc tandem uultu accepisset amœno.
 Hinc sese placidum rursum conuexa sub alta
 Speluncæ referens Ister, sua tecla reuisit.
 Istrides at uero Nymphæ mandata faceffunt,
 Cœruleosq; adeunt fluuios, & nuncia portant
 Verba, serenifera mulcentes omnia uoce.

Et iam Tithoni linquens Aurora cubile,
 Depellit cœlo nigras formosa tenebras,
 Aurorámque superueniens sol ambit olympum
 Latiuagum, terrás que nouo splendore colorat.

Tum

Nomina flumi-
num, quæ Da-
nubiū influūt.

Tum Campidunius nitidis uenit Iler in undis
 Alguouis linquens, genus intractabile bello:
 Spumens & Bernicus, amœno Gynsus & alueo
 Decurrens, altasq; inuoluens Nendius arenas:
 Adproperatq; Lycus resonanti flumine, magnos
 Perpetuosq; mouens ripa ex utraq; tumultus:
 Rura secans & Egysus aquatica gurgite leni,
 Squammigerisq; inuectus equis Alemannus, & antro
 Nabus pinifero ueniens, pulchérque superbis
 Vlmæ descendens turritæ Blauus ab oris.
 Non longè hunc sequitur str:pitanti Regus in amne,
 Necnon Virdo aderat, Liber atq; pigerrimus undis,
 Mox et Abis, Parrhúsque rapax, Zusimiq; fluenta,
 Arfacidésque Ilmus, Suter, Verrúsque bicornis,
 Implexi macidos alno frondente capillos,
 Cœruleoque omnes uelati pectora amictu,
 Maturant parere Istro, & sua regna subire.

Mox Isara accelerat uolucris per pingua lapsu
 Culea ruens, & lympharum cumulatus accruis.
 Nec properans etiam spaciosis cornibus Aenus
 Defuit, usque suo fluitos latissimus alueo
 Accipiens uarios, incurrensq; impete tali
 Danubium, longo ut spatio (mirabile) cursum
 Cernetur seruare suum, nec Danubianis,
 Fretus aquæ sæua rabie, se immisceat undis,
 Ex facie ceu diuersa cognoscere lymphæ



Quisq; potest. Latius mox non ignobilis Ilza
 Aduolat, & Traunus, cursuq; tremendus Alutas
 Præcipiti, Styrijsq; ruens Erlaphus ab oris.
 Necnon Leyta uenit, fluuiio spectandus amœno,
 Pannona qui Austriadum lætis discriminat agris,
 Et pleno Drauus ore tumens, uastusq; Tybiscus,
 Et Vilsus, Melicusq; furens, geminiq; Mibellum,
 Mindula, Camilacus, celer Ipsius, & celer Afscha,
 Necnon Chambus adest, multo & gratissimus hostes
 Brentius, & Lauarus, cursuq; Egueyda sonanti,
 Gleda; Tullia; & nigro celer Ilfus in amne,
 Rabnizæ uenit unda uagi, Rabon, atq; Ciabus
 Adfunt, & Marsus, Baralattus, & algidus undis
 Volphagus, & Bis tritta minax, paruiq; fluuenta
 Gysfææ: uenit & fluuiio mox Smuttera curuo,
 Et Trasmus, placidisq; fluens Drinous in undis:
 Atque suo linquens urbem de nomine dictam,
 Pulcher adest Anasus, regi; illabitur Istro.
 Aduenit Iгла quoq; & Styrijs de cautibus ortum
 Attollens Arabon, læto & spectabilis amne
 Granna: trii. uphantem referam quid flumine pulchro
 Nauigerosq; Saüm? quid te de uertice, Mosche,
 Sardonio gradientem, & te Rhabose meatu
 Insignem tumido, & sinuatis flexibus errantem
 Exequar? aut clarum te glauco Hierasse fluento?
 Venerunt alij pariter properantibus undis

Lympha

*Lympharum diui, quos non memorare necesse est,
 Qui simul immensam uasto cum murmure regis
 Speluncam subeunt Istri, quos lumine primo
 Excipit am fratres duo comiter, atq; benigne,
 Nomine quorum alter Pregonus, Prygenius alter
 Dicitur, & regis soboles pulcherrima uterq;
 Inq; parentis eos, anris, æuq; uerendi,
 Alta latebroso pendentia pumice tecla
 Ducunt: carbasci mollissima stamina fili
 Illictingebant partim fuco, bona, Nymphæ,
 Numina, partim candidulos operiq; lacertos
 Nudantes, teretem & uersantes pollice fusum,
 Intertextam auro uestem, argentiq; parabant
 Regi Danubio, flentis partimq; hyacinthi
 Ungue comam decerpentes, castamq; uircentem,
 Puniceosq; crocos, atq; immortalem amaranthum,
 Virgineiq; rosas præclarum insigne pudoris,
 Aique apium uinax, & lilia cana legentes,
 Texebant uario florentia ferta decore,
 Serta auro, & nitidis circum uariata lapillis.*

*Postquam autem in thalami resonanti tecla susurro
 Peruenere omnes, residentem in pumice regem
 Exeso primum uerbis de more salutant,
 Ipse solutatos pariter ueluti hospes amice
 Excipit, atque toris mandat discumbere pictis,*

Nec

Alludit ad duo
 flumina, quæ sta-
 tim prope fon-
 tem danubij se
 immiscunt. die
 Prigvnd Pregon

Apparatus
conuiuij.

Nec mora sese quisq; suatum sede locarunt.

At uero Nymphæ, Drymo, Panopeq;, Saloq;
 Leucothoëq; byræ digitis percurrere fila
 Molliculis docta, & Beroë, Dothoq;, Psecasq;
 Et Phiale, atq; Thoë, & uultu nitidissima Crene,
 Et formosa pedes Xanthe, flauoq; resurgens
 Crine Amathusa, Prothoq;, Pberusaq;, Cymodoceq;
 Istri omnes pulchrum genus, aureolisq; capillis,
 Atq; euinclæ omnes pulchris sua crura cothurnis,
 Officiosa adstant, quæq; ad mandata paratæ.
 Ordine dein iussæ innumeras distinguere curas,
 Harum aliæ manibus puros dant ordine fonteis
 Crystallo ex alba, memorando munere diuim:
 Mensam albis aliæ sternunt mantilibus: at hæ
 Synceram expediunt Cererem, uariâque ciborum
 Exornant mensam strue, diuis pabula tantum
 Concessâ, ambrosiâmq; & pæoniâ panacæam,
 Et popanum tenue, & libum, tucetâque crassa
 Adponunt aliæ, pars at carchesia Bacchi
 Altera depromit sculptis splendentia gemmis.
 Hic quicquid mensis olim regalibus aptum
 Doctæ composuere manus, mensisq; decorum
 Adponi quicquid solitum est: sed & æquora quicquid
 Progenerant, quicquid tellus producit & æter,
 Ante oculos statuunt Nymphæ, diuisq; ministrant.
 Nec fatis hoc, suauis dapium sed lumina forma

Pascuntur

*Pascuntur pariter, quæ olim cecinere poetæ
 Arte incredibile ueteres, & diuite uena.
 Hic altâ siquidem Rhodopen, ubi Thracius Orpheus
 Et lenire tigreis potuit, sæuósq; leones,
 Et picluratâs uolucres, mutasq; natanteis
 Ducere, procerasq; excelsis montibus ulmos
 Et duras cauteis, syluasq; hinc inde sequenteis,
 Si s'tere tum uolucris labentia flumina cursu
 Cernere erat. Necnon summo Ioue Persea natum,
 Obiectam qui terrifico Cephaida monstro
 Eripiens, sibi eam concordæ foedere iunxit
 Connubij, Teq; alma Ceres, tua pignora tædis
 Querentem accenssis, pulchram Decida multas
 Fundentem lachrymas, & foemineo ululatu
 Et crebro gemitu latè loca quæq; replentem:
 Quam rapit, ut Siculis tecum spatiat in oris,
 Dux Erebi immitis rector Phlegethontis & undæ,
 Ad faucesq; ipsam ducit graue olentis Auerni,
 Oceani uero fluctus, & sydera cœli
 Promptius expediam, quando intempesta silet nox,
 Quàm cunctas dapnum species comprehendere uersis.
 Dum uero reges epulis, Bacchôq; fruuntur,
 Illis ne longæ parerem fastidia mensæ,
 Leucothoë una sciens Musarum, & docta canendi,
 Et superans alias forma præstante sorores,
 Ambrosijs latos hunceros perfusa capillis,*

Fabula Andromedes et Persei

Proserpina filia Cereris rapta à Plutone.

Inter epulandū inducitur Leucothoë nympha, quæ, ut longè mensæ fastidiū tolleret, canendo recēset domus Austriae originem.

B

Et festa pariter cinem circumdata fronde,
 Scellatum gemmis plectrum, chordasq; sonantem
 Percurrens molli tactu, mox dulcia uoce
 Carmina subiungit teruit, uel Daulias ales
 Qualia frondosa ramorum concinit umbra,
 Dum sedet & solitas repetit blando ore querelas.
 Sic etiam Phœbum ripis mirantibus olim
 Audijt Eurotas, mollesq; ad carmina lauri
 Demisere caput. Sic & Rhodopeius Orpheus
 Lethæos heroas, & irremeabile regnum
 Custodemq; Erebi cantu demulsit, & angueis
 Eumenidum sæuas, cæci & nigra monstra barabari.
 Sollicitat plectrum, & roseo sic incipit ore.

Oratio Leuco
 thoës nymphæ

Ante alias longe felix est Austriaterras,
 Cui florent tot lætæ urbes, cui porrigit uuas
 Tot pater Autumnus, flauis foccundat aristis
 Cuius rura Ceres, cui surgunt aurea in hortis
 Fila croci cultis: multo felicior autem
 Magnorum nobis quæ tot capita inclyta regum
 Seditit, & stirpis quæ nobilitate triumphat
 Tam prisca, quæ tot claris insignibus ortos
 Protulit usque duces, & tot præstantibus actis
 Conspicuos, quos si cunctos ab origine prima
 Exequar, unde genusq; ollis descendat auitum,
 Vnde etiam antiquæ surgant primordia gentis,
 Antè diem claudens stagna in Tartesstia Phœbus

Merget

Merget equos, cœlumq; obscuro inuoluet amictu.
 Si tamen Austriaci iuuat hæc cunabula prima
 Sanguinis, atq; ortum tantæ cognoscere gentis,
 Tantarum dum summa sequor uestigia rerum,
 Dumq; ortum breuiter perstringo, aduertite diui.

Laomedontæ post diruta mœnia Troiæ,
 Quum satis Aeneas terris iactatus & alto,
 Littora fatorum serie Lauinia uenit,
 Illyricosq; sinus medijs elapsus Achuis
 Troius Antenor penetrauit munere diuum,
 Pars Phrygiæ gentis Priami sectata nepotes,
 Ostia Danubij pigrisq; Mœotidis undas
 Attingit, hinc genus Austrorum deducitur, Austræ
 Hinc & nobilitas, & surgunt nomina stirpi.

Hic postquam fixit sedem Troiana iuuentus,
 Continuo Priami claro de sanguine cretum
 Eligit in regem, capiti diadema coruscum
 Imponitq; suo, reliquis qui iura ministret,
 Torqueat & iustis hominum tot millia habenis:
 Illius in stirpe hinc regalis gloria semper
 Continuata fuit, Scythici nec prehendere sceptrâ
 Fas fuit imperij cuiquam, nisi stemmata auita
 Duceret à Teucris. Quare labentibus annis
 (In medio series nanq; est longissima patrum)
 Suscipit Antenor Scythici moderamina regni,
 Qui dum sæpe Gothos armis & Marte feroci
 Persequitur, tandem satis congressus iniquis, B 2

Diruta Troia
 pars Troiano-
 rum puenit in
 Scythiani, & di-
 cebantur Scy-
 thæ Troiani.

Troiani Scy-
 thæ regem sibi
 deligunt ex ge-
 nere Priami,

Antenor ferè
 post 730. an-
 nos à Troiano
 excidio rex fuit
 in Scythia, oc-
 ciscusq; est à Go-
 this ante Chri-
 sti natū 440.
 annia.

*Infelix populi furuo demittitur orco
Non sine strage sui, natis tamen ante creatis
Quatuor egris. Igitur patre funere tristi
Iam merso, fasceis patris, haud inglorius armis*

Is Marcomyrus ante Christi natiuitatem ann. 412. obiit.

Troiani Scythę perueniunt in Germaniã anno ante Christi natalem 391.

Troiani scythę alia sibi adscribunt nomina. Neomagi, quia si amici uel non ui hospites.

Francus Sicābrorū rex. 16. obiit ante Christum natū annis 10.

Sicambri dicuntur Franci.

Dagubertus Vualthei Frācorū regis 18. filius, fratrem suum Genebaldum primum Franconię ducem instituit, An. post Christum natū 326.

*Marcomyrus natu maior sibi uendicat, atq;
Sydereis iussus fatis noua querere regna,
Scrutariq; alias genteis, ad flumina Rheni
Frigida transmutat sedem, sineisq; propagat
Imperij semper. Plures numerantur ab illo
Prouenisse duces, sed quorum nomina non est
Hic opere precium tam longa ambage referre.
Ergo hi Saxonibus Neomagi nomine amico
Sunt dicti: uerum hi deinceps uoluere Sicambri
Dicier: at postquam regni iam Francus habenas,
Antarij Francus soboles pulcherrima regis,
Accepit, multum generosę robora mentis
Illustris, multum & præstans in rebus agendis,
Tum uero magno succensi regis amore,
Illius asciuere sibi (mirabile) nomen,
Et Franci post hac regis sunt nomine dicti.*

*Francomdos porrò lustris abeuntibus orę,
Insignis Dagubertus auito stemmate, fratrem
Instituisse ducem fertur Genebaldum, iniquo
Disiduo Sueuos inter fortetisq; Thuringos
Exorto. Post hæc tacite fugientibus annis,
Succedit regno tandem Pharamundus auito,*

Præfici-

*Præficiturq; simul Celtis, Francôq; feroci,
Consensu unanimi primorum, & sydere dextro,
Ducitur hinc equidem series longissima rerum.*

Quintus ab hoc regni demum Clodouæus habenas

*Assumit, densas oculis ac mente tenebras
Cui Deus altitonans, rerumq; hominumq; repertor*

*Discutiens, subito lumen demisit ab alto
Æthere, & huic ratio manifesta in luce refulsit.*

*Ergo modis homines fallentia numina miris
Abiciens, uere & fidei percussus amore,*

*Horrenda macclatarum non cæde ferarum,
Sistro non Phario, raucisq; ad tympana Gallis*

*(Vana superstitio) sed tantum pectore puro,
Innocuisq; sacris CHRISTI libauit ad aras*

*Primus, & immergi iussit se flumine sacro,
Et uerum CHRISTI templis inscribere nomen.*

*Hic est, cui liquidi misit Deus æthere ab alto
Vas olei, quo se reges perfundere possent.*

*Succedit Sigebertus auis longo ordine demum
Cognatos apud, obscurum quem tempore longo*

*Delituisse ferunt, donec crudelior omneis
Ante alios patruus, mortem Theodoricus atram*

Oppetijs, letale auita præbente uenenum.

*Quid referã illius hic prolem Theoberton honorã,
Qui primus titulum assumpsit sibi montis Auendi?*

Munere non solum hic magnus belliq; togãq;

B 3

Pharamidus
Fræconig dux,
regno Franco-
rum et Celtarũ
sceptro dona-
tus est, An. sa-
lutis 418. ex-
uitq; hominẽ
anno 426.

Clodouæus
Francorũ rex,
Christianisimũ
assumit, & a D.
Remigio bap-
tizatur, Anno
gratiæ 492.

Post Theodo-
pertũ a fratre
iũo Theodo-
rico Colonia
Agrippinã oc-
cisum, inter cæ-
teros eius libe-
ros Sigebertus
natu maior e-
uasit ad cogna-
tos suos Gosfri-
dũ & Genebal-
dum tũc Fran-
coniã duces,
& ibidẽ usque
ad Theodoricũ
patruũ sui obi-
tum delituit. Is
enim dolo Bru-
nichildis auis
suã, quã inter
duos fratres
bellũ cõcitraue-
rat, ueneno ne-
catus est, anno
gratiæ 618.

Theobertus
primus comes
ab Habspurg.
Is enim, cū ad
montē qui Ro-
marici nomen
habet, uulgō
Rimmelsperg
uenisset, in eo
arcē condidit,
quā Auendum
castrū appella-
uit. Hoc dein-
de cognomi-
nis Germani
sua lingua in-
terpretati, pri-
mo Auēspurg,
postea literarū
immutatiōne
Habspurg pro-
tulere.

S. Trutpertus
ē Scotia pegri-
nans, cū agellū
pro extruendo
oratorio peti-
serat Theober-
to comite, is eū
nō parua por-
tione eremi to-
rius uallis a mō-
te cui nomē est
Samba, ē quo
numaga riuus
oritur, usq; ad
torrentem Me-
tzenbach, in a-
gro Bisgoico
inter Herciniū
nemo-

*Extitit, at uerolustratus lumine CHRISTI,
Præbuit aduersus se religionis alumnos
Semper munificum: testis Trutpertus, olympo
Qui modo cœlesti requie, uitâq; perenni
Perfruitur felix socia inter numina numen:
Hunc etenim peregrinantem Theobertus amici.
Excipiens olim laribus, donauit eremo
Sambinæ uallis, strepitans ubi Numaga rauco
Murmure decurrit riuus per saxa, sibi quō
Cœnobium strueret, CHRISTO seruiret & uni.
Sunt porrò multi, duce qui numerantur ab illo,
Quorum fama uiget, quorum decora in chæta cœli
Syaera fulgentis feruunt: sed facta uirorum
Fortia tot posset quis quæso æquare canendo?
Ad propiora uocor: se se rex montis Auendi
Ecce alius, multis insignis pietate Rodolphus
Nunc offeri, cui multarum prudentia rerum
Circumspecta fuit, uir, e & solertia mentis,
Diuini cultus qui seruemissimus autor,
Defensorq; fuit, iusti seruator & æqui,
Nouit quicq; probè rigidi stragemata Martis:
Ergo quid mirum, si huic pubescentibus annis
Tradita Romani sunt sceptra potentia regni?
Nec certè hic gessit quicquam non principe dignum
Ingenuo: nam prædones Germanidos oræ
Qui passim populabantur conamine sæuo,*

Sustulit:

*Sustulit: exhaustasq; armis ciuilibus urbeis
 Imperij, socio & concordifcedere iunxit:
 Amissas & opes, amissasq; regna potente
 Victricisq; manu reparauit, & auspice CHRISTO
 Hostileis superans turmas, sua sub iuga misti,
 Hinc quoties elato animo, & uirtute Bohemos
 Strauerit excelsa semper munitus, habentis
 Illius ut iustis sese submittere nolunt,
 Atq; alios nimis indomita feritate rebelles:
 Qualiter & pulchris olim superauerit armis,
 Duxerit & captum uinctis Othocaron abentis,
 Atq; anima tandem crudo spoliauerit ense,
 Prætereo prudens: nec enim tot dicere gesta
 Tartullo possum spacio. Lucina benignam
 Prebuit huic sese pariter: nam quatuor ille
 Suscepit gnatos, pollentes indole gnatos
 Egregia, magno & patriæ uirtutis amore
 Succensos. Nec uirginibus Lucina pudicis
 Illum non auxit: bis tres felicibus astris
 Namq; suo natas coniux fecunda marito
 Enixa est, facie eximias & corpore pulchro,
 Et forma, & sancta morum probitate uerendas.
 Fortune tamen insidias uitare latenteis
 Ille nouercentis nequit, uernante iuuenta
 Illius exintam prolem fors abstulit atra
 Hartmannū, dum Rhene tuum transnauigat æquor,*

Nobi

memoris iuga
magnificè do-
nauit.

Rodulphus
comes Habspurgis Alberti
diuinitis nepos,
nascitur anno
à Christo nato
1218.

Rodulphus
eligitur in Ro-
manorū regē
post Fridericū
secundū Imp.

Rodulphi re-
gis præclara ge-
sta circiter an-
num Christi
1273.

Hartmannus
Rodulphi re-
gis filius 18. æ-
tatis suæ annū
agens, prope
oppidum Rhi-
nau, submer-
sus est in Rhe-
no, cum unde
cimnobilib,

*Nobilium: multa inueniunt comitante caterua.
 Siccine, Rhene, tuos ò perfide perdis alumnos,
 Incolumes longo quos conseruasse decebat
 Tempore? an esse tibi tantorum funera laudi
 Heroum censes? haud istis gloria factis
 Augetur: mage debebas extendere uitam
 Illorum, quàm sic rapido nauemq; uiròsq;
 Vortice: in fonteis submergere, & obruere undis.*

Excursus.

*Protinus hic reges fluuiorum pectore toto
 Commoti, mœstis mox uocibus interrumpunt
 Carmen Leucothoës, & tam crudelia fata
 Hartmanni lugent omnes, sortemq; nefandam,
 Multaq; cœruleo dicunt conuicia Rheno,
 Vndarum qui non fontem uertigine torta
 Obruerit, mortemq; olli florentibus annis
 Intulerit non maturam, & tam funus acerbum,
 Saxeæ multisonis complentes antra querelis.*

*Ergo Nympha iterum cupiens sedare tumultus,
 Quò rapimur? quò nos, inquit, dolor euehit acer?*

Rodolphus
 rex naturæ cō-
 cessit anno æta-
 tis suæ 73. pri-
 die cal. Octob.
 ann. salutis hu-
 manæ 1291. &
 Spiræ in sum-
 mote. n. plo. se-
 pulchus est.

*Ingressum repetamus iter. Postquã ergo Rodolphus
 Iam celebris rebus gestis, partisq; trophæis,
 Bis septem lustra expleuit, non ulla senectæ
 Damna ferens, procul exuuijs, & corporis atra
 Iam mole abiectis, purgato pectore sedes
 Latus in æthereas celsi migravit olympi,
 Hicubi perpetuò resident, gaudentq; beati,*

Illius

*Illius at corpus, recubant atq; ossa Nemetum
Molliter in templo, cuius pinnacula quis non
Miretur summa, eductamq; ad sidera molem?*

*Ergo patri fundulo succedit iure paternum,
Virtutum sceptriq; simul successor & hæres
Filius Albertus, stirpis dux inchyus Austræ,
Cunradi siquidem (longo Trinacrida terram
Tempore qui bello impetiit) post funera regis,
Austria legitimo, quia successore carebat,
Romani imperij magno connectitur orbi.
Hinc genitor supera uixit dum luce superstes,
Austriaci, procerum assensu, permisit habenas
Vt regni gnatus plena dititione teneret,
Inuestitq; ipsum feudo, regniq; fidelem
Constituit. Qui mox feudali iure recepto,
Sedere Romani dextro moderamina regni
Accipiens, infelici ambitione furentem,
Et forti uegetaq; manu consternit Adolphum
Vangionum propter campos, ad flumina Rheni.
Collatos igitur diuino munere fasceis
Imperij, antistes Romana sede locatus
Confirmat, sacramq; manu lætante coronam
Illusam, radijs gemmarum, aurorq; nitentem
Alberto imponit, procerum applaudente senatu.*

*Illius at uobis fati, ab quid iam fera fata
Commemorem? motus pietate ex fratre nepotem*

C

Cen

Albert. Victo-
riusus cogno-
mine, comes ab
Habsburg, Ro-
dulphi regis
primogenitus
filius, creat Au-
striæ dux, anno
post Christum
natum 1282.

Albertus Ro-
manorum rex
declaratus, A-
dolphum de
Nassau exau-
toratum tunc
Rom. regem pro-
pe Vangionum
urbem pugio fu-
dit & occidit.
anno uirginei
partus 1299.

Albertus rex à
Ioanne Rudol
phi fratris sui fi
lio interfectus
est post decimū
imperij annū a
natali Christi
1308.

A V S T R I A D O S

Ceu propriam sobolem cura hic nutrituerat omni,
Donec ei iam firma ætas aduenit: at ille
Ille nepos, furis & diro percitus œstro,
Immemor officij, sæua feritate redundans,
Tutorem patruumq; suum (trepidabile uisu)
Incautum ferro, nec quicquam talē timentem
Obruit, & miserum truculento funere mergit,
Sanguineq; Averti perfunditur impius ensis.

Hæu pudor, heu facinus durum, crudele, nefandum.
Impie, nullāne te tangit pietatis imago?

Quæ tibi mens tam cæca? tuo quæ tanta tenaci
Durities in corde riget? sūxisse lænæ

Vberate credo Libycæ, te cautibus ortum
Caucaseis, durum in fibris adamantaq; ferre

Censeo, qui meritum de te bene cæde cruenta
Afficis, & patruo sua sic benefacta rependis:

Id pietas sua magna, aut tot meruere labores?
Verum tu sceleris tanti condigna tulisti

Supplicia: impunes etenim Deus ætheris alti
Non sinit esse malos, oculis uidet omnia iustus,

Respicensq; hominum semper fandum atq; nefandum,
Rectis atq; malis æquus sua præmia soluit.

Sed quid in hæc fando diuersi uenimus? an quod
Tam crudele nefas nobis quoq; commouet iram?

Quapropter patre tam sæuo iam uulnere cæso,
Ante alios olli succedit chara propago,

Nomine

*Nomine reſq; patrem referens, Albertus, ob almam
 Virtutem ſophiæ Sapiens cognomine dictus.
 Non ſolum hic fidei ſtudio flagrauit, & alma
 Excellens pietate fuit, non fortibus actis
 Eximius tantum: ſed & hunc prudentia ſollers,
 Quæ (ueluti ſeſe Iunonis nunciæ magnæ,
 Sæpius obnubit uelamine mille colorum)
 Multiplici pariter rerum conſurgit ab uſu,
 Ingeniumq; ſagax, & candor, & aurea uitæ
 Norma ſuæ, mens & non ulli obnoxia culpæ,
 Aequarunt priſcis heroibus, alta uetuſtas
 Quos poſuit ſede ætherea, diuûm inter honores.
 Regna propagarunt equidem, ſineisq; paternos
 Non pauci, quos longum eſſet memorare: ſed iſti
 Non ſine cæde tamen, non abſq; nocentibus armis,
 Euasere alti, craſſo neque ſanguine terras
 Non tinxere ſuas. Longe præſtantius auxit
 Hic patriam, ſineisq; ſuos extendit, amica
 Pace fouens populos, momenta per omnia uitam
 Et puram & ſicilem ducens, ſibi: ſceptra potentis
 Phirretæ adiunxit, nec non regna ampla Carinthiæ,
 Foxta ducum qua gaudet adhuc domus Auſtra ſorore.
 Quatuor hic moriens gnatos (quos Ilithyia
 Prodidit luci princeps Iſanna fauente)
 Lætatur ſuper eſſe ſibi, qui ſtemma paternum
 Conſeruare queant, ſerosq; creare nepoteis,*

Albertus ſecū-
 dus Dux Au-
 ſtriæ, cognomē
 to Sapiēs, uita
 functus eſt an
 no 1378. & in
 Carthuſiana
 domo in Gem-
 nitz, quā à no-
 uo conſtruxe-
 rat, ſepultus.

Phirret. cū &
 Carinthiæ di-
 tio accedit do-
 muſi Auſtriæ:
 hæc iure feudi,
 illa matrimo-
 niū uel doſis no-
 mine,

Qui genus Austrorum per secula multa propagent:
Nomine quorum alter patrem, & uirtutibus æquans

Albertus tertius, filius Alberti Sapiētis, gymnasiū Viēnense instituit, & natura concessit an. 1397.

Albertus, largaq; manu, sumptuq; opulento
Instituisse scholam fertur, Musisq; sacrasse,
Pannonidos fortunata in tellure Viennæ.

Humanis quot manarint hinc commodarebus,
Non quenquam nescire puto: sic obruta multis
Sordibus, immundq; sūu doctrina nitorem
Accepit ueterem: sic quæ tenebrofa iacebat
Vtraq; lingua, suas uireis, priscumq; resumpsit
Splendorem, studiosorum quod iam chorus omnis
Exultet, grateisq; pio defromat ab ore,
Atque illum primis iuuenes uenerentur ab annis.
Antè igitur flectent cursū tua flumina retro,
In fonteis cursu, ò Ister, reditura supino,
Aureaq; Hesperio surget Pallantias axe,
Et proprijs fugient cœlestia sedibus astra,
Quàm queat Alberti clarum non uiuere nomen:

Rodulphus Alberti tertij frater, cognomēto Ingeniosus, templum Diui Stephani Viennæ construi fecit, ubi etiā post mortem suam sepe liri uoluit, anno 1365.

Vuēt enim semper, mihi crede, nec obruet isla
Vlla dies æui mentis monumenta beatæ.
Præclarum illius at fratrem, quem fama Rodulphū
Nominat, insignis pietas, sinceraq; mente
Religio magno inuexit cœlo, atq; sacris dijs.
Est Pharias equidem turreis, & celsa Colossi
Culmina, pyramidumq; alias longæua uetustas
Structuras mirata, & Mausola: i sepulchra:

Longè

Longè hic maius opus, nec non perfectius istis
 Struxit, quod laudem æternam, famamq; meretur,
 Quam nec tempus edax rerum, nec longa uetustas
 Deleat. En sumptu magno, luxuq; superbo,
 (Nimirum ad pia coelicolum commercia natus,
 Cura sui sanctis esset quò mutua diuis)
 Prima Viennensis iecit fundamenta templi,
 Quod diui uoluit Stephani sub honore uigeret
 Templi, Tænareis cuius stant fulia columnis
 Robora, inauratis latè fulgentia signis.

Hunc Austræ pariter domui Tyrol: a regna
 Adiurxisse ferunt, dotali iure recepta.
 Non referam hic, fluat hæc regio quàm iugiter auri
 Seminibus, quantas specubus depromat opacis
 Argenti uenas, tellure recludat & ima
 Aeris congeriem quantam, ditisq; metalli,
 Ut non fertilior fuerit Sardinia quondam
 Argento, nec Seta niger, Chryseïe opulenti.
 Illius hinc ergo laudes, & gloria cælo
 Successere, suum nomen sinus ultimus orbis
 Audyt, æternos diffusum duret ad annos.

Hicæquidem heroas multos, regesq; ducesq;
 Prætereo, quorum immensum iam fama per orbem
 Terrarum uolitat. Phœbus quacunq; recurrens
 Aspicit Oceanum, & pronò mox uertice Calpen
 Hesperiam ferit, hic æternæ nomina famæ

Rodolphus
 dux connubio
 Margaritæ di-
 ctæ Multesch,
 prioris suæ u-
 xoris, comita-
 tum Tyrolen-
 sem domui Au-
 stricæ adiecit, an
 1360.

Leopoldus
Austriæ dux, in
deorum nume-
rum relatus.

Albertus quin-
tus austriæ dux
cum uix bien-
nio Romano
imperio præ-
fuisse, alibi pro-
fluvio confe-
ctus est 7. cal.
Septemb. anni
1439. & in Al-
ba regali sepul-
tus.

Consecrata uigent horum: maiora supersunt,

Nam uersu recinenda meo: Leopoldus, olympi

Qui modo coelicolis concessa sedes: tantum

Incolit, ætheri factus pars optima cœli,

Me uocat ad sese: necnon Albertus & alter

Relligionis amans princeps, probitate uerendus,

Iustitiæ cultor, obseruantissimus æ qui,

Munificus, prudens, bellig. togæq; peritus,

Quocirca unanimi procerum clamore cietur

In regem ignarus, regni qui frena Latini,

Et regat, & fluxis posset succurrere rebus,

Et motus fortunæ arctis compefcere uindis.

Tum Parcæ auspicio recinunt non omina lato,

Immotæ penitus fatalia stamina Parcæ

Texentes: celsa fore maiestate uerendum

Hunc equidem, semperq; hosteis uictoricibus armis

Vsurum contra, populosq; urbeisq; feroces

Illius ad nomen cristas, conceptaq; mente

Bella remissuros: uerum quia principe tanto

Defixi mores hominum, fraudesq; doliq;

Non essent digni, sedis conuexa sub alta

Aethereæ migraturum iuuenilibus annis,

Nam fluere occultum certo sic ordine fatum.

Huic tamen antè suos quàm mors dissolueret aruis,

Mors & opes ridens magnas, & stemmata regum,

Supplicibusq; hominum semper mors inuida uotis,

Dives

*Diues Arabs ipsum, & lati niger accola Gangis,
Mirati obstupere, & quos præfrigidus Auster
Et flans sudifico Boreas quos flamine mittit.*

*Quid decus Austriacæ, lumenq; propaginis ingens
Ernestum hic referam: uel eò permagnus haberi
Qui meruit, sobolem terris quod sydere fausto
Ædiderit tantam, Fridericum nomine, Martis
Qui clarum decus, & patriæ memorabile numen
Extitit, & pariter tranquillæ pacis alumnus,
Quem pietas, quem cana fides, mensq; ardua celfo
Inseruit cœlo, cuius clementia frontem
Ornauit: sed & hunc ardor spectatus honesti,
Et morum integritas, rectæ & constantia mentis,
Non sternenda malis, nec sustollenda secundis,
Iustitiæq; calor, grauitasq; augustaq; forma,
Memborum & uegetum robur, patiensq; laboris
Corpus, & insignis pariter potusq; cibiq;
Temperies, condita simul ratione uoluptas,
Inuexere polo, & laudem meruere decoram.*

*Purpureæ uix huic tenera lanugine malæ
Obductæ fuerant, prima huic uix barba nitebat,
Huic cum cœpit amor sancti loca sancta sepulchri
Querere, & immensas fulcare Propontidis undas,
Donec ad insignis Byzanti mœnia celsa
Peruenit, placidis Zephyri spirantibus auris,
Et Nereidibus puppi altæ adnantibus udis.*

Ernestus Dux
Austriæ, obiit
circiter annū
dñi 1424. & se-
pultus est in
cœnobio Gil-
genfeld.

Fridericus ter-
tius Ernesti du-
cis filius.

Nauigatio Fri-
derici III. Hic
rosolymam ad
sepulchrū Dñi

Vrs

Constanti-
nopolis.

*Urbs fuit hæc olim non expugnabile uallum
 Romanæ fidei, nec non totius aſylum
 Europæ, uicina ſalo, pariterq; duobus
 (Thrax hic ubi uas ſtas anguſtat Boſphorus undas)
 Euxino Aegæoq; fretis ſtipata, priuſquam
 Euertere illam Turcæ furialibus armis:
 Aſt ea nunc capta inſidijs, atq; obruta flaminis
 Cogitur (heu ſcelus) immitti ſeruire tyranno,
 Quæ quondam poterat Libyæq; Aſiæq; tumultus
 Arcere, atq; hoſtem fidei ridere ferocem
 Latè circum equitantem, & fruſtra intrare uolentem,
 Nunc tam: im fractas ualet oſtentare ruinas.
 Hinc ubi conſpicuas Solymùm peruenit ad arceis,
 Tum CHRISTI monimenta, ſuo mortalibus ægris
 Abluit antiquam fuſo qui ſanguine labem,
 Sydereæ rurſum aulæ iter ad conuexa recludens,
 Perluſtrat, grateisq; pio de pectore uoceis
 Iandudum tendens duplices ad ſydera palmas
 Tantis pro meritis, tanto pro munere fundit.
 Inde rogat, ſibi ſubiectos moderamine recto
 Ut ualeat regere, & iuſtis compeſcere habenis:
 Religionis item diuinæ extendere cultum
 Paſſim, ut eam Maurus, nec non Aegyptius, et Aſiæ,
 Rura cui nitido fecundat & amne Cœcyſter,
 Candenteis uiridi dum margine paſcit olores,
 Sydus quemq; premit gelidum Strymbalidos urſæ,
 Et*

Et cernit quicumq; orientem surgere solem,
 Apprendens, uerumq; deum, uerumq; tonantem
 Agnoscat, flumioq; caput mersare salubri
 Gaudeat. Hinc petit ut sanctè traducere uitæ
 Fila suæ possit, suaq; hic commissa piare,
 Atq; omni iustas pro crimine pendere pœnas,
 Quò molem exutus terrenam, & corporis artus,
 Lætus cum superis æterna luce fruatur.

Has postquam effudit deuoto pectore uocis,
 Præcipit armari puppem, cursumq; parari.
 Nec mora, iam rursus Solymœdu tecla alta relinquit,
 Carbasiaq; Aegæo committit plena patienti.
 Iamq; leui puppis cita dissecat æquora cursu,
 Dum uenti adspirant placidè post terga secundi,
 Mox sulcat pelagus, nomen Nepheleias Helle
 Cui dedit, ut duræ Phryxo cum fratre noueræ
 Insidias fugiens, uectore effunditur aureo.
 Iam retrocedit Lemnosq; & Bacchica Lesbos,
 Mox Sporadum cauteis linquit, sparsasq; per æquor
 Cycladas, & tandem sospes contingere harenas
 Lætatur patrias charæ Germanidos oræ,
 Suppositumq; sibi pulchris uirtutibus orbem
 Sic regit, & tam præstanti moderamine frenat,
 Vt sibi permagnum populi uenetur amorem.

Hellepontus.

Postquam igitur solij sedes fuit orba Latini,
 Germaniq; simul totius uiscera regni,

D

Fridericus III
eligitur in re-
gem Romano-
rum anno salu-
tis 1440.

Laus Friderici
terrij uel prima
fuit, quod ma-
xime fuerit pa-
cificus, atq; in-
de Pacifici co-
gnomentū me-
ruit

Bellum enim à
Mathia Panno-
num rege illa-
tum sedauit.

*Huncce cient proceres primum, qui sumas habenas
Imperij, tantoq; unum dignantur honore,
Virtutum penitus gnari, quibus ille uigebat,
Sublimemq; alto feriebat uertice olympum.*

*Illum cura equidem tor sit, uel prima, fouere
Pace suos miti populos, letaq; quiete:
Et pariter ferrugineis bella impia portis
Claudere, & æratis iam uincta arclare catenis.
Tstantur monumenta, olim sanxisse Quiriteis*

*Legem, non paucos & eam uiguisse per annos,
Romuleum cuius seruasset dextera ciuem,
Is sua uictrici uelaret tempora quercu:
Serta olli ex quercu quoties neclenda fuissent?
Tristia qui per sepe animos ad bella paratos
Tollire, atq; iterum concordia pace studebat
Iungere, feraleis strages, cædesq; cruentas
Assidue uitans, & sancto foedere firmans
Quos disIunxisset nutrix discordia belli.
Pacis amatorem, defensoremq; gerebat
Se se alacrem semper, nunquam fera tela capeffens,
Se nisi cum uindex truculentum armaret in hostem.*

*Sic igitur magnum Hunniaden compefcuit armis,
Se contra quondam crudelia bella mouentem.
Sic etiam genteis ad littora magna repostas
Oceani domuit uictor, Morinosq; subegit.
Sublimi inuictus genitalia tecla triumpho,*

Pacifico

Pacificus meruit iusto hinc cognomine dicti.

*As tibi bis sentit iustis abeuntibus octo,
 Damna sibi tantam non firmæ instare senectæ,
 Quæ sanctam uitæ seriem, placidamq; quietem
 Exigat, atque graueis iubeat deponere curas,
 Quæ semper comitantur eos examine longo,
 Latè qui populos, urbeisq; & regna gubernant:
 Ergo suo gnato (qui Maximus Aemilianus
 Augurio patris est dictus iustalibus undis,
 Ut qui non Fabij tantum decora ardua lenti,
 Aemilium pariter sed qui præstantibus orsis
 Exhibiturus, & excelsis uirtutibus esset)
 Consortem regni curam committit. At idem
 Unanimi posthac consensu & numine dextro
 Illorum, hæc quibus est olim concessa facultas,
 Eligitur solij ad fascis, sanctasq; secureis
 Romani, patrio dignus succedere honori.*

*Hunc postquam partu mater Leor. ira beato
 Progeniuit, Lusitano de sanguine mater
 Alta sue ducens claræ primordia gentis,
 Premolli exceptum gremio Latonia fuit,
 Virgo potens nemorum, & syluarû immensa potestas,
 Atq; illi dulcem uenandi inspirat amorem.*

*Chare puer, discas primis assuescere ab annis,
 Qualiter umbrosos ualeas indagare saltus
 Cingere, & anfractus sylvarum, atq; inuia iustra,*

D 2

Fridericus tertius postquam 53. ppetuis annis, & quinq; mensib. regnauit, obiit senex in oppido suo Linz, anno à nato Christo 1493. sepultus est Viennæ Austriae.

Maximilianus Friderici tertij filius, uiuente adhuc patre, paternorû regnorû curam suscepit, anno 1436.

Maximilianus eligi in Rom. regem Francò fordiae, cal. Ianuarij, Anno 1436.

Leonora Lusitanici regis filia, mater fuit Maximiliani.

Hæc ideo fingunt, quia constat Maximilianum summopere uenationi fuisse deditum

*Siquè armillatos ad uincta tenere molossos,
Nec dubita, decorat multum uenatio reges,
Torpentem quæ defidiam, quæ marcida luxu
Ocia, nec non illicitos depellit amores.*

*Adonis. Sic nemorum studiosa fuit Cynæreia proles,
Quam tamen, ah, setosus aper transfixit acuto
Dente: sed illius tu ne fera fata tremiscas,
Præsens semper ero, nec tu uiolaberis unquam.
Sic etiam antiquo natus de stemmate regum*

*Meleager. Rura sequi, iaculisq; feras Calydonius heros
Figere gaudebat, hirtisq; occurrere monstis.
Trinacrios tibi quid iuuenes Helymon Panopenq;
Secretis referam syluis, canibusq; uacasse?*

Lausus Mezen
tij filius apud
Virg.

*Lausum quidq; plagis solitum circumdare salius
Nexilibus, uastatoremq; hostemq; ferarum?
Deniq; non exercitium uel honestius ullum est
Regibus, heroumq; excelsa stirpe creatis,
Proxima quàm belli studio uenatio, quippe
Quæ mentem corpusq; sinat torpescere nunquam.
Hæc puero memorans olim blando ore Diana,
Oscula ei teneris libauit pressa labellis.*

Constat enim
Maximilianū
& belli et pacis
fuisse peritissi-
mū, optimèq;
linguā latinā
calluisse.

*Nec non iunc etiam Pallas sapientia & armis
Instruit, & non læta suos imperit honores,
Atq; ait: Ingenij cultum tibi: trado sagacis,
Splendorem sophiæq; alium, moresq; uerendos,
Nec non excelsæ inspiro tibi robora mentis,*

Non

Non solum ut noris populos in pace tueri,
 Verumetiam si pestifero quater arma furore
 Impius incipiat Mauors, belliq; refringat
 Horrendas Bellona facies, tu promptus ad arteis
 Confugias belli, quibus en tua pectora dito.

Sic igitur doctæ diuinas Palladis arteis
 Imbibit, & lingue sic fundamenta Latinae,
 Munera sic etiam Martis non segniter hausit,
 Thesauroq; animi mox commendauit ad usum
 Singula, quæ ad tempus spectant belliue togæue.

Ille igitur meritò, Latij qui sceptrâ capessat
 Imperij primus, qui inuictò corde labores
 Tam uarios, & tantarum qui pondera rerum
 Sustineat, nec fortuna frangatur iniqua,
 Sed ualide qui contra omneis audentior iclus
 Intendat clypeum, magno clamore cietur.

Huic tamen in tantæ posito iam culmine sedis,
 Non Fortuna suam retrahit, non perfida dextram,
 Indignos Fortuna fouens, dignosq; laceffens,
 Infidiosa uiris multa uirtute decoris.

Huic thalami fuerat confors de gente uetusta
 Allobrogum creta, & roseo spectabilis ore,
 Pnestanti florens forma, & iuuenilibus annis:
 Ecco illam, dum fortè leueis per deuia ceruus
 Sollicitare parat, iaculoq; hos sternere gaudet,
 Immiti sonipes rabie, cursuq; uolucris

Cæsaris Maximi-
 liani prima
 uxor Maria
 nomine, ducis
 Burgundiæ fi-
 lia, dum uena-
 retur, equo ex
 cussa moritur,
 22. die Martij,
 anno 1482.

*Excitens, miseram crudeli funere mergit:
 Fœmina qui potuisset equos frenare ferocets,
 Hippobytum media simili qui morte peremptum
 Diripuerè uia: percharam Eous & Aethon,
 Nonne etiam Chymenes traxere per æthera prolem?
 Illius ergo necem fleuit Tritonia Pallas,
 Huic dederat quæ pingere acu, & uariare colores.
 Fleuerunt formam Nymphæ, Charitesq; pudorem,
 Atque oculos Cytherea Venus, floremq; iuuentæ
 Interiisse dolent Floræ iuuenilibus annis.*

Eorum nomi-
 na fuerunt Fræ-
 ciscus, Philip-
 pus, Margare-
 tha.

Maximilianus
 Mariâ Blancâ,
 Caleati Vice-
 comitis atq; in
 subriû Principi-
 pis filiam mense
 Aprili, in uxo-
 rem duxit, an-
 no 1493.

Maximilianus
 enim Viennam,
 Nouam ciuita-
 tem, totamq; fe-
 re Austriam à
 Marthia rege
 Hungariæ filio
 Ioânis de Hun-
 niad occupa-
 tam, uiuere ad
 huc

*Acciderat tamen antè patri tria pignora fausto
 Successi: mater, superas quàm linqueret auras,
 Coniugis extinctæ quæ solarentur amorem,
 Atque intestino uiduum mœrore leuarent.*

*Hinc sat ubi indultum fuerat lachrymisq; querelisq;
 Et cineri fidæ uxoris factum satis, Austræ
 Aederet ut domui plureis fausto omine alumnos,
 Formosam Blancam, nitidæ reuerentia formæ
 Cui dederat nomen, regum de sanguine cretam
 Sphortiadum antiquo, sibi iungit amore iugali,
 Et sociam statuit lecti Iunone secunda,
 Connubijq; Deo placidè adspirante Hymenæo.*

*Sed quid ego hæc? maiora mihi referenda super sunt
 Virtutis decora alta suæ, totq; ardua gesta
 Queis cœli pulchros tangit modo uertice tractus,
 Nomen quæq; suum nunquam debile reddunt.*

Namq;

Nanq; patri quid Pannoniam crudelibus armis
 Ereptam, Hunniade à magno reparasse potenter
 Ceu post illum hunc dicam, regnisq; paternis
 Adiunxisse iterum? Quid seditionis iniquæ
 Hungarici fonteis montis, hoc uindice pœnas
 Soluisse, atque huius sceleris festusq; rebellis
 Supplicia autores primos condigna luisse?

Illius sensere quoque altæ robora mentis
 Heluetij, gens armipotens, gens strenua bello:
 Geldrensesq; feri, iusto olim Marte repressi,
 Oclipedem nimis elata dum mente lacesunt.

Ipse Palatinus, quo uix præstantior alter
 Gentibus innumeris, nec non præpinguibus aruis
 Extitit, atque equitum turmas, peditumq; cateruas
 Quo uix quisquam alius potuit producere plureis,
 Austriade nuper magni arma potentia sensit.
 Albicolæ sensere etiam, fera corda, Bohemi,
 Arma Palatinæ ut genti sua iungere gaudent
 Ferre, opem, clypeis protecti corpora longis.

Nonne etiam posthac Latias progressus in oras
 Milite stipatus forti, festusq; minasq;
 Præ Venetæ gentis tumidas, nimiumq; superbas,
 Ex longis durisq; illam obsidionibus urgens,
 Contudit, et uictor lacerauit strage cruenta?
 Testis Meduacus, circumq; intraq; pererrans
 Euganeis positam Patavi sub collibus urbem,

huc patre Fri-
 derico recupe-
 rauit, an. 1490

Maximil. com-
 pescuit & seda-
 uit Hungarici
 montis Peroni-
 cam factionē,
 anno 1493.

Bellum Maxi-
 miliani contra
 Heluetios, an-
 no dñi 1499.

Tangit bellum
 quod gestū est
 à Maximiliano
 contra Philip-
 pum comitem
 Palatinū Rhe-
 ni, ac Bauariæ
 ducem, Anno
 gratiæ 1502.

Maximil. Vene-
 ros anno 1508.
 bello inuasit,
 eorūq; uires cō-
 tinuo ferē qua-
 driennio haud
 parū contriuit
 ipsos que haud
 dubiè impera-
 ra facere coë-
 gisset, nisi Iulij
 Pontificis, &
 Gallorū Regia
 lubrica fides
 obtulisset.

Hic etenim infanda Venetorum caede cruentus,
 Adriacas cursum ure tandem inuenit in undas.
 Et nistum fallax rupisset foedera Gallus,
 Romanusq; fidem praesul fregisset inique,
 Nunc Germana in iura sinus daret Adria uictos,
 Caesaris & tam colla iugo submitteret aequo.

Mediolanū cū
 tota Insubria,
 Gallorum regi
 ereptum est à
 Maximil. Cæ-
 sare ann. 1512.

Nonne, sibi cum iam numerofo milite septus,
 Focundum Insubriae Gallus subiecerat agrum,
 Sphortiadensq; suis captiuum induxerat oris,
 Exutum iniuste regno, atq; Insubribus aruis,
 Vimq; reluctantem Galli, flatusq; rebelles
 Fregit, & accepta rursum pulchra urbe Rauenna,
 Et Mediolano, Bressa q; insigniter, inde
 Praesidia eiecit Gallorum fortibus ausis?
 Ipsi tum agrestes Satyri, Fauniq; bicornes,
 Ipse & in occultos Dryades fugere recessus,
 Et sese latebris occultauere profundis,
 Itala conquesti sic arua tepe scere semper
 Sanguine, mirati Venetum trepidare fenatum,
 Externoq; manus regi iam iam dare uictas.

Tornacū fuit
 solo aequatum
 à Maximil. &
 rege Angliæ, an
 no salut. 1513.

Urbs Tornacū etiam, quam tum ditione premebat
 Rex Gallus plena, ingenti quassata ruina,
 Atq; aequata solo penitus, testatur in armis
 Austriades quid praesuliterit, mauortius heros.
 Verum quid facio? nam si decora ardua tentem
 Cuncta sequi Austriadum, superaddere Pelio Ossan
 Velle

*Velle grauem arguerer: uel quot turbentur arenæ
 Littore connumerem Libyæ, cum uincula uentis
 Hippotades soluit, laxasq; remittit habenas,
 Turbine tum hi sæuo Syrteisq; & inhospita uerrunt
 Marmora, arenoso miscentes omnia nimbo.
 Non mihi si blandis insidet Suada labellis,
 Et mea uel centum resonarent guttura linguis,
 Illorum possem tot gesta æquare canendo
 Ardua, uel digno præconia dicere uersu.
 Talia Leucothoë roseo fundebat ab ore
 Carmina, tam priscae repetens cunabula gentis
 Austriadum, cursimq; horum inchyta facta reuoluens.
 Attollunt hilares fluuiorum numina plausus,
 Latifiscoq; impulsu antrum clamore remugit.*

AVSTRIADOS LIBRI
 PRIMI FINIS.

E

IN AVSTRIADES IOACHIMI MYN
SINGERI V. R. *Doctoris ac Poëtae*
clarissimi, Jacobi Metensis Bur-
gundionis octostichon.

MÆonides Ithacū metris celebrauit Vlysseni,
Æneam cecinit Vergiliusq; pium.
Nunc Mynfingerus mundi duo lumina narrat,
FERNANDVM, imperij sceptrigerū Austriaci:
Ac te Quinte canit Romanorum Induperator
CAROLE, qui terris imperitasq; mari.
Hinc quos uestra tulit quondā domus Austria re-
Atq; Duces recitat, dulce sonante chely. (ges

IOACHIMI MYNSINGERI

DENTATI A FRVNDCK, IVRE

CONSVLTI, AVSTRIADOS

LIBER SECVNDVS.



VNC autem, zephyri molles, & flo-
rea rura

Me quando, raucumq; ciens leuis unda
susurrum,

Halantum necnon genialis gratia florum
Imitant, maiora meis intexere chartis
Incipiam facta, ac longè maioribus ausis,
Austriadum, quos nostra tulit felicitior ætas,
Exequar immensos, quos prædixere, laiores,
Ducentes Stygiæ mortalia pensa puellæ:
Infirmæ modo subsistant sub pondere uires
Ingenij tanto, nec se se aueriat Apollo.

Quare agedû, FERNANDE, mihi recludere fonteis
Perge sacros, uocemq; nouam, & noua sufficere plectra,
Subq; tuo, face, diuino quod numine coeptum
Crescat opus, ualeam ut dignos tibi dicere honoreis,
Coniunctimq; tui fratris percurrere gesta,
Qui deicentorem Libyæ nunc fortibus armis,
Vt turpeis ignominias, & barbara tandem
Iussa suis populis aueriat, sponte lacescit,
Læta relaturus deuiclo ex hoste trophæa.

Postquam igitur compressa fames, epulæq; remotæ,
In regem conuersi oculos, atque ora tenebant

Finito conui-
uio Danubius
exordit sua o-
rationē ad flu-
uios.

Deplorat im-
matura mors
Philippi Hispa-
niarum regis,
qui periit ann.
1506.

Acciti, laticum diui, ad conuiuia laeta:
Rex Isler, tumidos fluctus, fluuiosq; sonanteis,
Venasq; undarum utincls & carcere caeco
Cui frenare datum est, his uocibus ora resoluit.
Accipite, o socij, cur uos laqueata subire
Tecla mea sedis, mecumq; sedilibus artus
Ponere mandarim, hucq; animos aduertite uestros.
Maximus ille astris felicibus Aemilianus
Heroa insignem nobis, sobolemq; uerendam
Aediderat, spesq; afflictis affulserat ingens
Iam rebus, multa eximius uirtute Philippus:
Cui pater optabat iam debita tradere sceptrā
Magnanimus, quem iam reges, populiq; ducesq;
Europes, animis unum concordibus omnes,
Qui desolato primus succederet orbi,
Et sibi commissas rerum tractaret habenas,
Postquam sera patri rupisset stamina Clotho,
Clamabant dignum, sua iam submittere tanti
Colla iugo herois gaudentes sponte suapte.
Iamq; sibi pulchros Germania laeta triumphos
Fingebat, nigrāq; sui confinia regni
Ferre super Thulen, super & Garumantas & Indos
Sperabat: sed crudeli spes concidit omnis
Illius occasu: decus heu Rhamnusia tantum,
Praesidiumq; orbi inuidit malefida patenti.
Heu fors, heu miserāda, hominū et mors inuida rebus,
Luminis

Luminis heu quantum, quantum heu solamen ademit
 Insidians Libitina, & ineluctabile fatum
 Humano generi? quantos mceroris aceruos
 Mout? quàm subito turbauit funditus orbem
 Lætificum? quot iam peperit mortalibus ægris
 Et lachrymas, gemitusq;, & suspirantia uerba?
 Nca solum hunc luclu Germania fleuit acerbo,
 Et nec sola hilarem demisit Iberia frontem,
 Ut stupuit flentem occiduis Titana sub undis
 Oculere os, regisq; sui fera funera flere,
 Sed totum constat doluisse impensius orbem
 Christigenum. Nec solum homines luxere perempti,
 Verumetiam uallesq; cauae, saltusq; profundi,
 Panesq;, Fauniq;, & montiuagi Satyrisci
 Turba salax, & Nympharum per littora terror,
 Ingemuere palàm. Quin uos quoque funera tanta,
 Vos merum planxisse, suum dum quilibet alucum
 Excurrit lachrymarum undis, fletuq; madenti.
 Nostra etiam retro tum flectere flumina cursus
 Optabant, & ego immiti mea pectora luclu
 Consumens, ægrum abscondi pariter caput alueo,
 Crudelesq; etiam Parcas, crudelia diuum
 Numina clamabam, & tanto spoliariet orbem
 Lumine, sic primo ætatis sub flore querebar
 Ab tantum cadere heroa, & tam funere mergi
 Luclifico, celeri nimium terrisq;, mibiq;

Exemptum fato, complens uacua antra querelis.

*Tum me non passus conuicia funderè tanta
Omnipotens, uerbis mœrentem ita mulcet amicis.*

Desine fata deum toties culpare, dolores

Corde leua insanos; nec enim noua cordere cuiquam

Fata licet, uerum stant omne immota per æuum,

Incidere semel quæ duro adamante sorores.

Non Sol auricomus combustum fulmine natum

Ardenti, Matuta sui non Memionis Eos

Interitum, non Peliden Nereia magnum,

Tristiaq; Ascalaphi non flectet funera Mauors,

Si fera fata modo potuissent flectier ullo.

Excitias igitur mœrores pectore, binam

En tibi promitto sobolem de stirpe Philippi,

Cuius tu properata nimis sic funera luges,

Nuper progenitam, longè lateq; futuram

Illustrem, & totum quæ uiribus occupet orbem,

Scilicet insignem CARLO cum fratre FERANDVM,

Quis iam secla fluent flauenti pulchra metallo,

Quiq; tibi laudes parient, & clara trophæa,

Lætus ut excipies ingenti flumine nauis,

Austriadasq; uehes ambos, seuisima contra

Agmina Turcarum bella æqua & iusta cientes.

Fide animo, non uersa retro sententia cadet.

Sic ait, & luctum placidè solatur amarum,

Atq; animum mulcet dielâs, uultumq; serenat.

Carolus & Fer
dinandus Phi-
lippi Hispania
rum regis filij.

Ceu feruens ubi hiulca siti iam Sirius arua
 Incendit, teneros flores non educat hortus
 Amplius, & pratium uiridanteis inuidet herbas,
 Pallet humus, tum colla solo languentia ponunt
 Gramina, tum foetus producere desinit arbos,
 Contusa & nimio pereunt frumenta calore,
 Aruaq; robustus non dura inuertit arator,
 Deniq; cuncta suo ueteri spoliantur honore:
 Sic lucus ego tristitiasq; in corde fouebam.
 At postquam leti rumpunt de nubibus imbres,
 Tum blandis iterum decorantur floribus horti,
 Tum pluuium tempus bene olentes educat herbas,
 Gramine floret humus, curuant pendentia ramos
 Poma suos, duro profcinditur æquor aratro,
 Priscus honos, priscusq; uigor redit ille colorum,
 Cuncta uigent, terras fecundus ut irrigat imber.
 Sic animi sensum omnipotens, & gaudia menti
 Explicuit, totoq; abiecit tristitia corde.

Ergo ò nauigerum certissima numina aquarum,
 Iam rursus quoniam formosus Lucifer alnum
 Natalem reuehit CARLI, natalis & insiat
 FERNANDI pariter, thalami conuexa sub alta
 Acciui uos, ut digno celebretis honore
 Hanc lucem, qua utero felix ad munera uitæ
 CAROLVS Austriades, quaq; est sub luminis oras
 Susceptus superas FERNANDVS sydere fausto,

Fortunati ambo fratres, florentibus annis
 Et uirtute pares, animoq; & robore firmo.
 Nos quoq; felices, magnæ & Germanidos ore
 Felicem populum, hos fratre. cui sancta deorum
 Numina, terrenos tandem miserata labores,
 Demisere polo, frustra retinentibus astris,
 Per quos pax totum floreret læta per orbem,
 Cessarent nostris feralia bella sub annis,
 Post tergū ac Bellona manus daret improba uinctas,
 In sua crudeles contorquens uiscera morsus.

Ioanna Ferdinandi Hispaniarum regis filia, Carolū ex Philippo parit.

Nanc ubi pulchra uiro CAREVM produxerat ortu
 Felici coniux, illum de matre cadentem,
 Matre, genus quæ conspicuum de sanguine Ibero,
 Prognata Hesperis: pronò sub uertice Calpes,
 Deducit, sese & magnis à regibus ortum
 Laclat, & à prima percenset origine reges,
 Excepere sinu Charites, præmollibus ulnis
 Fouerunt & ad hæc uenientes munera Musæ,
 Ipsa etiam secum lucis dea magna repositæ
 Pyxidos unguenta aduexit, partusq; doloris
 Mollit, & matrem foetu festina leuauit.
 Venerunt pariter Iouis alto à limine Parcæ,
 Vnanimis Parcæ, niueo sua crura cothurno
 Velatæ, & quernis implexæ tempora fertis:
 Quæ postquam tenero libarum oscula nato,
 Occultam ut rerum seriem, & secreta deorum

Fata recenserent matris, sortisq; futuras,
 Venturi gnaræ, & consueto numine plenæ,
 Tales fatidico cecinerunt pectore uocis.

Magna parens, consorsq; tuo fidissima regi,
 Condigno desponsa uiro, desponsa Philippo,
 Heroi forma egregio, nitidaq; iuuenta,
 Præclaroq; abauum, atq; atauorum stemmate nato,
 Accipe, quot tibi dona, quot exhibeantq; merenti
 Diuitias superi, quanto te munere ditent.
 Currite uos uultu fata ò ter fausta benigno.

Qui tenuis produxisti iam lucis in auras,
 Sydereq;, & partu fausto, diuisq; benignis,
 Progeniem magnam, ingenteis quæ fleclat habenas
 Orbis, & insigni populos moderamine frenet:
 Nunc animo cognosce hilari, quæ fata sequantur,
 Expedientq; tuum gnatum: cognosce futuros
 Lætior illius euentus belloq; togaq;,
 Virtutesq;, laboresq;, & tot fortia facta,
 Veridice tibi nos læto quæ fundimus ore,
 Candentem tereti uersantes pollice fusum.
 Currite uos uultu fata ò ter fausta benigno.

In læto sese nam qualis amaracus horto
 Sursum agit apricum ad solem, uentosq; tepentes
 Florio uergente, insigni quam blanda puella
 Educti studio: & quando sol excoquit arua,
 Tum rapido stumentem æstu, externoq; calore

Solari arentem, cupiens fluminalibus undis

Humectat, quare in ramos hæc se euehit altos

Pulchrior, & latè iucundum spargit odorem:

Sic tuus ille puer primos adolescet in annos,

Tèq; omnes tanta dicent iam prole beatam.

Currite sic uultu fata ò ter fausta benigno.

Ferdinandus
nascitur.

Fœcundo mox ex utero, Iunone secunda,

Alterâ prodibunt orbi monumenta patenti:

Iam CARLVM fratre augebis, natoq; parentem

Prole domumq; alia, afflictò succurrere mundo

Quæ ualeat, Quintoq; gerat molimina regni

Cum fratre, atque patri præstet solatia magno,

Fortunèq; domum Austriacam sine fine manentem,

Currite sic uultu fata ò ter fausta benigno.

Iuppiter hos pridem, uenuri prouidus æui,

Adfligi terre toties miseratus alumnos,

Semper & oppressum tantis spectare procellis

Humanum genus, excusso sic uerbere Erynnin

Sæuire anguicomam, tantosq; cedere tumultus,

Tisiphonenq; feram passim letale uenenum

Spargere, necnon infernam quaterere arma Megæram

Impia, quam penes & fremitus, iræq; nocentes

Incedunt, nec adhuc ullam requiemq; modumq;

Esse uidens, geminos fratres mortalibus ægris

Sydereo statuit coelo demittere, tantis

Et desolatam solari heroibus orbem,

Quales

Quales nulla prius genuerunt secula, nec mox
 Secla unquam lustris uenientibus ulla creabunt.
 Currite sic uultu fata ò ter fausta benigno.

Nox his frontis abest grauitas coniuncta lepore,
 Splendet & in roseo diuina modestia uultu,
 Gratia multa etiam fluit his de corpore toto,
 Gratia lethæos nunquam potura liquores,
 Herentem triplici nexu quam sancta uetustas
 Commenta est. Viden ut rident? cognoscere matrem
 Vt risu incipiunt? Ambo ò sic pergite nati
 Crescere, paulatim & primos adolescere in annos.
 Currite sic uultu fata ò ter fausta benigno.

His autem, postquam primos feliciter annos
 Excedent, tenereq; ætatis flore uigebunt,
 Continuo dulces cederunt ante omnia Musæ,
 Ad thyasos sese uernanti fronte mouentes,
 Contentasq; fides mox in Pæana canorum
 Rumpentes: modulos fundet tum tibia doctæ
 Euterpes, buxumq; cauam Tritonia Pallas
 Inflabit, niueoq; argutos pollice neruos
 Pulchra Erato quatiet, sed & hæc quæ sydera noscitur
 Efectusq; poli uarios, atque aëris oras
 Vranie, numeros super addet blanda sonoros.
 Tum graue Melpomene, tum molle Thalia inabit,
 Cunctaq; Calliope cantu moderabitur uno.
 Currite sic uultu fata ò ter fausta benigno.

Educatio
Caroli et Fer-
dinandi.

Tum uero, ætatis incundo in uere, memento.
His aliquem, genitrix, doctas qui Pallados artes.
Calleat, & morum sancta grauitate nite scat,
Præficere: is primos ut eorum dirigat annos,
Præscribat uitam, moresq; decenter honestos:
Inter Apollinea utq; ipsos studia educet, atque.
Humane tradens præcepta salubria uite,
Multifido efformet incultam dogmate mentem.
Currite sic uultu fata ò ter fausta benigno.

Aique hi ferre preces rerumq; hominumq; parenti,
Qui nostro immeritam uoluit pro crimine pœnam
Pendere, sic discant, & puro corde litare:
Hunc colere, hunc iusto & magno celebrare paratu,
Huic alacri sacra ferre animo, hunc ante omnia amare.
Sic etiam Musis iam consecrare tenellum
Incipient animum, rectoq; insistere calle.
Currite sic uultu fata ò ter fausta benigno.

At ubi paulisper studiorum ponere curas
Discipient, tum non luxum, non pigra sequentur
Ocia: non mentem uirtuti inimica uoluptas
Illorum inficiet, iuuenumue, ignauia, pestis,
Quæ plerisq; solet teneris imponere, quæq;
Per transuersa rapit pueros multum improba mater,
Si quem nacta potest in fraudem abducere, si quem
Compede fallaci deprendit, & arte maligna:
Sed potius duros assuescent ferre labores,

Cursu

Cur su planiciem, consensu uincere montes,
 Frigora sæua pati, magnos tolerare labores,
 Aestusq; pluuiasq; & agentes nubila uentos.
 Currite sic uultu fata ò ter fausta benigno.

Quinetiam extenso uibrare intorta lacerto
 Spicula, & aërias baleari spargere funda
 Addiscent glandeis. Necnon mala ut ocia tundant,
 Iam lunare arcum, Paphiamq; ferire columbam,
 Iam canibus lepores agitare, & figere ceruos,
 Aut ferre exertis freudentem dentibus aprum
 Audebunt. Mox & iaculum torquere, sudemq;
 Ferream, & infano simul aëra findere disco
 Aequales inter, uirtute & robore claros,
 Atq; Cydonæa liquidum petere æthere corno,
 Aut acie obtusa uitare, inferreq; plagas,
 Cornipedesq; etiam sese super edere fortes,
 Ut post cum sit opus, uibretur aheneus ensis,
 Et bellator equus sæuum immittatur in hostem.
 Currite sic uultu fata ò ter fausta benigno.

Sic ergo ambobus mox, assuetudine longa,
 Virtutum pulchrarum amor, atque incendia, tantum,
 Imò paulatim crescent in corde, fauilla
 Per stipulam exoritur campo uelut ignea pestis
 Et parua, incautus pastor quam liquit in aruo.
 Primo quidem serpit tacitè, sensimq; uagatur,
 Deinde tamen superans, hominumq; boumq; labores

Depopulatur, & igniuomas ad sidera flammias
 Iaculat, & horrendum sonitu dat silua fragorem.
 Currite sic uultu fata ò ter fausta benigno.

De electione
 Caroli V.

Exutus molem terrenam, & corporis artus
 Maximus, Semilius dexter, bellūq; togæq;
 Munia, stellantis postquam petet ardua cæli
 Limina, morte huius regni iamq; orba uacabit
 Sedes Teutonicæ, simul & confusa tumultu
 Cuncta fremunt trepido, rectoraq; cymba carebit:
 Extemplo magnus tunc affeclabit habenas
 Imperij Gallus, uana ambitione, uacantis,
 Germanosq; patres, totius uiscera regni,
 Illeclare auro, ac multis corrumpere numinis,
 Incassum tamen, accinget, spe ductus inani.
 Currite sic uultu fata ò ter fausta benigno.

Germani at proceres cupidi molimina Galli
 Ridentes uana, unanimi te uoce ciebunt
 CAROLE tum in regem, & fascis, sanctasq; securetis,
 A decimo nonus cum uix tibi coeperit annus,
 Et tenui uix uernabit lanugine uultus,
 Imperij tradent: submisso uertice quas tu
 Suscipere, & regnis debes succedere auitis.
 Currite sic uultu fata ò ter fausta benigno.

Tum uero intonsi montes, & pascua leta,
 Et nemora, & siluæ CARLVM, uallesq; profunda
 Clamabunt, CARLVM iam femina uirq; loquentur,

Et

*Et pueri imberbes, cygnæq; ore puellæ,
Cantabunt CARLV M, CARLV M omnia respōdebunt,
Deniq; lætitia & plausu loca quæq; sonabunt.
Currite sic uultu fata ò ter fausta benigno.*

*Tum pater omnipotens, celsi fabricator olympi,
Venturi gnarus, coelo manifesta sereno
Signa dabit, nubem & latè mortalibus ægris
Ostendet, radijs nubem fulgentibus, auroq;
Insignem. Sed & alituum regina sonoris
Ter CARLO benis, candenti adplaudet ab æthra.
Currite sic uultu fata ò ter fausta benigno.*

*Clarescent melius uasti tum moenia mundi,
Largior & summos sparget sol lumine montis,
Tum terræ præter solitum lucentibus astris
Quæq; nouum mirabuntur clarescere solem,
Et passim auratum diffundere lucida coelum
Lumina, discussis tenebris, & nocte profunda.
Currite sic uultu fata ò ter fausta benigno.*

*Fortunate puer, ueterum ò noua gloria patrum,
Cæsareo quem iam populi, regesq; salutant
Nomine, cui regni sunt tradita sceptrâ uacantis
Concordi procerum adsensu, & felicibus astris.
Felix prole parens tali, felicia quæ te
Tempora, felices qui te genuerunt parentes,
Virerum per te ingentes flectantur habentæ,
Ut bellis per te positis iam secula mundo*

*Aurea succedant, & rerum lettor ordo,
Ac per te populi tranquilla pace quiescant.
Currite sic uultu fata ò ter fausta benigno.*

*At uero unde tibi series tam turbida rerum
Nascitur? aura Notos mouet aut quæ pestilis atros?
Quæ uè reluctantes tempestas excitat Euros?
Vnde repentinus stridenti in murmure clangor
Auditur? tuba terribili cur Martia cant!
Sic resonat? tanti quæ cau, a & origo fragoris?
Currite uos uultu fata ò ter fausta benigno.*

Franciscus
Gallie rex Cæ
sarem bello la-
cessit, an. 1521.

*Scilicet inuidiæ stimulis concussus acerbis,
(Inuidiæ, sæua turbat quæ gaudia dextra,
Quæ plerumq; bonos seclatur dente minaci,
Detreclatq; inconcussæ uirtutis amorem)
Gallus in Ausoniam numerofo milite terram
Irrumpit, Q V I N T I cupiens turbare secundos
Rerum successus, atq; olli mille per arteis,
Insidiasq; dolosq; & inaneis neclere fraudes,
Ac niueum lætæ contemnere pacis amorem.
Currite uos uultu fata ò ter fausta benigno.*

*At belli ne permittas te fluctibus ullis
Submergi, neu fortunam uereare procacem,
Passibus ambiguis fortunam illudere gnaram:
Illius incertos uultus, casusq; sinistros
Frenabis uirute tua. Dare terga ferocem
Compelles Gallum, Latiosq; relinquere fines*

Jurpiter,

*Turpiter, atque iterum patriam remeare sub oram,
 Nam sic fata neunt: signum en tibi læuus ab alto
 Aethere cum tonitru fulgor de parte serena
 Dat coeli, multo clarescens lumine fulgor.
 Currite uos uultu fata ò ter fausta benigno.*

*Ecce autem uarios, dirarum à sede sororum
 Progrediens, agitat motus furialis Enyo
 Parte alia (nouus Aeacides, ubi Pannonius rex
 FERNANDVS, terram placido moderamine flectit
 Germanam) & facit, abiecta ut Germania, pace
 Excitiat sese flagranti tota tumultu,
 Vulneraq; in proprios seuisſima torqueat artus.
 Currite uos uultu fata ò ter fausta benigno.*

*En quanto paſſim concurrat mobile uulguſ
 Agmine? quos motus, belliq; incendia quanta
 Concitat? ceratam gerit ille in bella bipennem,
 Stipitis hic nodo eſt, hic torre armatus obuſto,
 Fraxine òue fude, aut incuruæ cuspide unco,
 Corripit ille ſparum. Varijs Bellona ſub armis
 Incitat agricolas, aciem & conclamat agreſtem.
 Currite uos uultu fata ò ter fausta benigno.*

*Arma fremunt omnes, ſcelerata incendia belli
 Cunctos exagitant, coelum terramq; mouere,
 Et maria incipiunt, ſub libertatis amictu
 Quærendæ, dominos ſolijs expellere auitis,
 Urbibus eijcere, & caſtris, atque arcibus altis*

G

Bellum rutiçũ
 in Germania,
 anno 1525.

*Passim contendunt, peritura in tela ruentes,
 Ah miseri, & proprio luituri sanguine poenas.
 Currite uos uultu fata ò ter fausta benigno.
 Nimbifero quoq; sic arcu Taumantias Iris,
 Si quando latices taurino combibit ore,
 In tetramq; refert undarum alimonia nubem,
 Tempestas inopina oritur mox, imbribus atris,
 Fulmineq; & tonitru grauida: undoso æquore fluctus
 Insurgunt tumidi, & quassant naues q;, uiros q;,
 Presentemq; ipsis iamiam tiro omine mortem
 Intentant, quoscunq; alto uehit æquore puppis.
 Currite uos uultu fata ò ter fausta benigno.*

Cause belli
 rustici.

*Hæ rerum surgent turbæ, Germania postquam
 Nomine sub CHRISTI mentito, turpibus ausis
 Antiquos tollet ritus, noua sacra per urbeis
 Instituet, ritusq; nouos, legesq; resiget,
 Atque etiam euersis (quis credat?) desinet aris
 Antiquo de more sacros imponere honores.
 Currite uos uultu fata ò ter fausta benigno.*

*Tu uerò ò columen, decus ò memorabile Martis,
 Quandoquidem CARLVM fratrem nunc turbine reru
 Exagitari alio certum est, age numine dextro
 Sume animos, fume arma citò, FERNANDE, potenti
 Corripe tela manu, atq; humeros iam penè ruenti
 Obijce præstantes patriæ, plebemq; furentem
 Aggredere ingenti nisu, & præsentibus ausis:*

Hanc

*Hanc passum ferro, & truculento Marte per orbem
Germanum insequere: hanc armis excindere duris
Est opus: ense recidendum insanabile vulnus.
Currite uos uultu fata ò ter fausta benigno.*

*Germanæ en sobolis uenit auxiliariis armis
Inclita nobilitas, iungens sua robora signis
Iusta tuis, hanc tempestatem extinguere gliscens,
Motusq; insanæ tumidos compefcere plebis.
Ite ergo unanimes, uenienti occurrite turbæ,
Siernite & agricolas summa uirtute rebelles,
Qui uestras altis constructas montibus arces,
Ceu libertatem remorantia castra, uel igne
Flammiuo uossere, aut terræ æquauere patienti:
Qui uestrum militis uitam eripuerit, secantes
Promissamq; fidem, & promissæ fœdera pacis.
Currite uos uultu fata ò ter fausta benigno.*

*Quid dubitatis adhuc se uili occurrere turmæ?
Agricolæ iam terga dabunt, Martemq; relinquunt.
O que tum cædes, ò quantum sanguinis atri
Fundetur? quæ fata fere ut, multum aspera fata,
Agricolæ inmani ac fœua feritate frementes?
Nonne perire omnes miseranda clade uidetis?
Hic perit inter aquas, medijs ille obrutus armis
Expirat, hunc morsus equi, quosdam ungula perdit:
Trateclo hic miserè sua conspicit ilia uentre,
Cominus asl illos fulgens interficit ensis,*

Germana nobilitas
extinxit
furorem rusti-
corum.

Supra centum
milia occisa.

Plumbataq; alios hostilis machina glande:
 Deniq; ceduntur passim per rura coloni,
 Et tanti sceleris proprio dant sanguine poenas.
 Currite uos uultu fata ò ter fausta benigno.

Frâcisus Gal-
 liarū rex in Ita-
 liam reuertus
 capitur, anno
 1525. apud Tici-
 nū, siue Papiā.

Hæc peragas FERNANDE, alia dum mole laborū
 Implicitus premitur frâter: conamine Gallus
 Namq; iterum duro (magnis dum laudibus huius
 Inuidet, eximium nec fert surgentis honorem)
 Fronte ferox, oculis solito truculentior instans,
 Italiæ terram infandis accendere bellis
 Ardet, & insano pacem turbare tumultu.

Quid facis heu? quid cuncta ago miscere tumultu
 Te iuuat? ab frustra tendis, tibi fata resistunt,
 Magnanimo fata exercent pro Casare bellum.
 Currite uos uultu fata ò ter fausta benigno.

Galle superbe cades, meritas & pallide poenas
 Iam dabis, utcumq; insidijs & fraude maligna
 Regna aliena petas. Iam te fortissimus heros
 Austriades luclantem arclis compefcet habenis:
 In Latiosq; iterum sineis, prædamq; ruentem,
 Proteret, atque truces Germano milite Belgas,
 Celtarumq; acies, necnon quas Sequana gentes
 Alluit, & Rhodanusq; furens, magnusq; Garumnus,
 Victor ouans sternet, spolijs insignis opimis.
 Currite sic uultu fata ò ter fausta benigno.
 Quinetiam te ipsum lætis uictoria pennis.

Captiuum

Captiuum statuens, magno tua libera colla
 Subijciet CARLO *Austriadae*, tum fortia pulchre
 Rostra aquilæ aspicias miser, & tot fusa tuorum
 Millia plorabis, tum lilia cana utrorem
 Amittent solitum, & grauibus concussa ruinis
 Impense amisso lugebit Gallia rege,
 Donec eum rursus clementia Cæsaris alma
 Dimissum, acceptaq; fide in sua regna remittat.
 Currite sic uultu fata ò ter fausta benigno.

Ergo ubi iam positis armis fera bella quiescent,
 Splendebitq; iterum roseo pax aurea uultu:
 Tum uero formosus Hymen, cui mollia semper
 Coniugia, atque tori sunt uincta iugalia curæ,
 Semper & illustres qui foedere solus aperto
 Neclit amicitias, maribusq; pctentibus uno
 Conglutinat thalamo diuino iure puellas:
 Huc Lusitani cretam de sanguine regis,
 Et rosea Nympham facie, longisq; capillis
 Spectandam, CARLO iunget, propriamq; dicabit
 Foedere connubij firmo, nexuq; tenaci.
 Currite sic uultu fata ò ter fausta benigno.

O uirgo insigni desponsa, ISABELLA, marito,
 Egregio forma iuueni, & florentibus annis:
 O decus eximium uirgo, decus innuptarum,
 Cui quicquid passim formas commendat honestas,
 Unanimi ad sensu superi tribuere benigni,

Carolus nuptias celebravit cum Isabela Lusitanici regis filia, apud Hispalmi Beticæ urbem, die 11. Martij, anno 1529.

Cuius in ore pudor nitet impollutus amœno,
 Quam decorant teneriꝫ artus, teretesqꝫ lacerti,
 Quæqꝫ supercilijs nigris es prædita, nigro
 Lumine, puniceisqꝫ genis, roseisqꝫ labellis,
 Cætera cum liquido conieundunt corpora lacte.
 En tua conueniunt centum ad connubia Nymphæ,
 Serta rosis, auro, & uiola intertexta ferentes,
 Centenisqꝫ etiam uariata monilia gemmis:
 Vnantes ad te roseo sic ore loquentur.
 Salue ò uirgo decens, ò candida heroine,
 Regia uirgo, nouo iam coniungenda marito
 Austriadae, uirtus quem fert coelestis ad astra,
 Qui pulchrum ferit excelsò iam uertice olympum:
 Morum quem bonitas, quem grata modestia uitæ
 Commendat, placidoqꝫ hilaris clementia uultu,
 Qui genus antiquæ deductum ab origine Troiæ
 Iactat, & à primo percenset stemmate reges,
 Et proauos, atauos, magnorum & nomen auorum.
 Currite sic uultu fata ò ter fausta benigno.

Potentia
Caroli.

Quid? maris & terre spatia infinita quòd ille
 Possidet? huic Morini extremi, sortesqꝫ Batani,
 Vascones huic parent, huic & uada Belgica, & ampla
 Hesperie duplicis regna, ære, auroqꝫ, metallisqꝫ
 Omnibus, & pecore, & diu præstantia gleba.
 Insule Oceano in magno, Aegæoqꝫ frementi,
 Quicquid & immensè circumfluit æquoris ora.

Idem

Idem etiam *Arctoam* gentem, trifidamq; retentat
Sicaniam, tumidis & quos praelabatur undis,
 Exonerat pelago donec sua flumina *Rhenus*.
 Prætereo *Flandros*, *Gades*, atque *Appula* *Tempe*,
Auriferi quosq; unda *Tagi*, quos *Bætis* *Iberus*
 Alluit. *Hic* terram *Ausoniae* quoq; possidet, huius
 Deniq; iam totis stat fusa potentia terris.
 Currite sic uultu fata ò ter fausta benigno.

Quin etiam à nostro diuersum gentibus orbem,
 Diuersum caelo, & clarum maioribus astris,
Vberibus pulchrum campis, auroq; feracem,
Herculeas ultra metas quoque possidet. *Hi* iam
Cæsareas obeunt leges, ac iussa faceffunt,
 Agnoscunt uerumq; *Deum*, uerumq; *Tonantem*,
 Et *lympha* gaudent capita irrorare salubri.
 Currite uos uultu fata ò ter fausta benigno.

America.

Quare age *Nympha* decens tanto te crede marito,
 Ingredere auspicijs regalia tecla secundis
Cæsaris *Austriadae*, cumq; hoc coniungere somnos
 Ne timeas dulcor's, mox & dissoluere zonam
 Pergas uirgineam, connubia pronuba *Iuno*
Vestra secundabit, sacram & *Venus* aurea *Cyprum*,
 Et *Paphon*, atq; *Gnydon*, grauidamq; *Amathunta* me
 Delinquens, perget uestras accendere mètes (tallis
Lætior, & uos perpetuo coniunget amore,
Aemonium quali deuinxit *Pelca* quondam

*Aequoreæ Thetidi, quem non luoris acerbi
 Infelix rabies, non vis, non ira, ne fandi
 Foeda parens odij, queat aut diuellere ferrum,
 Sed qui constringat prorsus duo pectora in unum.
 Currite uos uultu fata ò ter fausta benigno.*

Intelligit bellū
 quod à Gallo,
 Venetis & Pa-
 pa motū est Cæ-
 sari, ann. 1527.

*Perge pia ò mater nobiscum euoluere prolis
 Fata tuæ. Viden̄ ut disrupta foederis icli
 Lege, suas iterum coniungat Gallia turmas?
 Vi coeant, Venetiq; truces, Romæq; superbae
 Praesul, qui triplicis gestit diadema coronæ,
 Impiè in exilium iurantes Cæsaris atrum?
 Et sua pugnaci iungentes agmina Gallo?
 Quos tamen Hispanusq; ferox, Germanaq; pubes
 Militiæ assueta, & bello fortissima corda,
 Nauiter arcebunt, infracto & pectore sternent,
 Liliaq; acclutum sacra Iouis alite frangent.
 Currite uos uultu fata ò ter fausta benigno.*

Vrbs Roma di-
 repta est à Cæ-
 sarianis die 8.
 mēsis Maij, an-
 no 1527.

*Roma caue, quid rursum acri coniungere Gallo
 Arma studes? elade hic olim tua tecla subegit
 Infanda, rapidisq; ussit tua moenia flammis,
 Prosteruens tremulosq; senes, timidiasq; puellas,
 Et Capitolinas iamiam scandisset in arces
 Victor ouans, nisi clangenti tum garrulus anser
 Obslitterit cantu. Gal'os autore Camillo
 Vrbe tua quondam forti molimine pulsos
 Non reuocare pudet, prudensq; sciensq; tremendam
 Ascisces*

*Ascisces tibi perniciem, ni cardine uerso
Victrici coniuncta aquilæ, te turpibus ausis
Gallorum obijciens, hos in sua tecta reuerti
Compellas, Latioq; insigni excedere rursus.
Currite uos uultu fata ò ter fausta benigno.*

*Roma caue, iam miles ades t' furialibus armis,
Fata ferens tibi luclifico miseranda tumultu:
Romanas arceis, uasla & Capitolia flammis
Proteret, & ferro metet obuia quæq; nocenti;
Oppidaq; & uillas, & pingua rura, casasq;
Sic uiolenta etiam, uentis agitata niuosis
Tempestas, segetem glaciali grandine sternit.
Currite uos uultu fata ò ter fausta benigno.*

*Non fles? non superos in te sua tela ferentes
Moesla rogas meliora? Tacet, ueniamq; precari
Hanc pudet: ah uideo quàm s'li secura, futuri
Nescia supplicij, & subeundæ ab nescia poenæ.
Attamen hæc rerum est series, hæc fata sequentur,
Quòd genitrix focunda Ducù, quòd maxima quondam
Terrarum, atq; orbis uasli caput, inclyta Roma,
Concidat, ac tristem miserè lapsura ruina
Cæsare sub Quinto uiolentis sentiat astris,
Submittat fasceis, & quas regit, orbis habenas.
Currite uos uultu fata ò ter fausta benigno.*

*En iam Parthenopen, multa legione superbi
Gallus, & Adria iners, dura obsidione prementes,*

H

Vincitur Gal-
lus & Veneti à
Cæsare ad Ca-
puā in Augu-
sto mensē, an-
no 1528.

Exemplo pereunt miseranda peste reuincti,
Quæ genus omne uirum sæuo uiolenta ueneno
Concutiens, morti subito demittit acerbae,
Agminaq; exhaurit tristi languentia tæbe:
Atq; etiam infectos queis non defudat in artus
Pestem morbus atrox, hos sæuo uulnere miles
Theutonicus perdit, cum milite iunctus Ibero,
Ad Capuæ ut tendum (fluidæ contagia pestis
Ab nimis incautè fugientes) moenia celsa.
Currite uos uultu fata ò ter fausta benigno.

Non aliter Marius Cimbrum molimine paruo,
Dum gelida quondam intonuit furibundus ab Arcto,
Contudit: haud alio Marathonis in æquore Persen
Turbine Multiades non fidum frègit, & atro
Ingentem effuso sepeluit sanguine campum.
Currite uos uultu fata ò ter fausta benigno.

Sanguinis at nunc effusum satis, atq; cruoris,
Magnanime ò Cæsar, satis heu Bacchusq; Ceresq;
Vastati. Quid adhuc coelum tenebrescere telis
Cernimus, & toruam semper quatere arma Megætarū?
Gallia nōne ingens sæuo concussa tremore,
Quæ paulò ante pati captiuum uincula regem
Conspexit, positis armis tua suspicit arma?
En pacem exoptat, multis iam millibus orba
Et peditum atq; equitum. Stabili quoq; federe iunctus
Adriacus Leo iam paret: quin magna superbis

Debella

Debellata tuis accessit Roma triumphis,
 Roma, cui quondam totus non obstetit orbis.
 His pacem præstare decet, tutamq; quietem:
 Parcere cædenti, non insultare, decorum est.
 Parce igitur uictis, nec te fortuna superbum
 Efficiat, casu uirtus dominetur in omni.

Currite uos uultu fata ò ter fausta benigno.
 At uestras stabili sociari fœdere mentes
 Cernimus, unanimes uos & iam pace ligari,
 Magnanimi heroes: quàm pulchris tempora fertis
 Vinculus Hymen, thalami secum felicia uincta
 Apportans, nexu optato firmabit amoris,
 Dum leto tibi coniugio, FRANCISCE, sororem
 Cæsaris adiunget, LEONORAM nomine magni,
 Tedaq; iam quatiet rutilanteis pronuba flammas.
 Currite sic uultu fata ò ter fausta benigno.

Tu uero, FERNANDE potens, rex maxime regum, Ferdinandi
 potentia,
 Egregijs qui tellurem compe scis habentis
 Austriacam, cui Pannoniæ pars altera regni
 Cessit, dum uinctis tibi connubialibus ANNA,
 Antiqua de stirpe, genusq; à sanguine regum
 Iungitur, alite felici, & Iunone secunda:
 Septa & inaccessis pariter cui Boemica seruit
 Terra iugis, Italo & gens Raurica dicta colono,
 Et Styriæ, Tyrolæq; urbes, Brisgoiaq; arua,
 Nónne uides, fors ut tecum luctetur iniqua?

Leonora so-
 ror D. Caroli
 Cæsaris, nubit
 regi Galliarum, an
 no 1529.

*Impia sanguineum rursus Bellona flagellum
 Concutiens, sæuos gelidis de montibus hosteis
 Euocat, aduersus CHRISTI constringere ferrum
 Cultores iubet, & uastæ Germanidos ore
 Extemplo aggredier sineis, popularier agros,
 Oppidaq̄, & uillas, altisq̄ in montibus arcis.
 Currite uos uultu fata ò ter fausta benigno.*

*Eheu quæ se horrenda mouent? quæ dura redundant
 Ingenus Austriadum? flagrat, proh Iuppiter, omnis
 Austria bellorum facibus, diroq̄ furore.
 Eheu iam luclu conslent impensius atro
 Austriadesq̄, nurus, populi Styriæq̄ dolentes,*

Irruptionem
 Turcæ inopi-
 nâ sentit in Au-
 striâ, an. 1529.

*Necnon Marcomani, & uicina Carinthia mœstis
 Fletibus indulgent, tundentes pectora palmis.*

*Deniq̄ iam coelum, & montes, saltusq̄ profundi,
 Et nemora, & syluæ ingentes, uallesq̄ supinæ
 Horrescunt, tellusq̄ tremiscit subter anhelans,
 Impete pulsa graui sæuorum quadrupedantum:
 Lugentes subeunt Nymphæ uada & Isirides ima.
 Currite uos uultu fata ò ter fausta benigno.*

*Sæuus Hyperboreo ueniens iam Turca Trione
 Improniusus adest, armato milite campos
 Austriacos complet subito, bella, impia bella
 Vociferans fremit, & multis iam millibus urbem*

De obsidione
 Viennæ Austriæ
 anno 1529.

*Insignem ab cingit dura obsidione Viennam.
 Latè etiam effusas populatum exire cateruas,*

Hasq̄

Hasq; igne & ferro iubet obuia quæq; secanti
 Perdere: iamq; ardent hostilibus omnia flammis,
 Cæduntur tremuliq; senes, trepidæq; puellæ,
 Rusticæq; immitti pubes assueta labori.
 Maternis è visceribus, gremioq; parentum
 Euulsi infantes, pœnis lacerantur acerbis,
 Atq; immaturi matrum de uentre recisi
 Traduntur foetus canibus (misérable dictu)
 Alitibusq; feris. Bacchatur deniq; Mauors
 Turcicus insana rabie, atque nocentibus armis.
 Currite uos uultu fata ò ter fausta benigno.
 Ac ueluti leo Getulus, cui fortè latrantem
 Esurians lædit stomachum uesana, rapinas
 Apparat, incus toditum pastoris ouile
 Incauti uitio ingressus, per limen apertum,
 Velligerosq; greges, armenta q; buccera sæua
 Inuadit rabie: nec funere mitigat uno
 Inglutiem uentris diram, non antè quiescit,
 Vindictæ ignaras pecudes quàm sæuus adunam
 Dilanietq; uoretq; & tetro sanguine lambat.
 Sic quoq; Turca furens, quo non immanior alter,
 Irruet heu Scythico iam milite Theutona regna,
 Pannoniæ letos uastans quàm turpiter agros.
 Currite uos uultu fata ò ter fausta benigno.
 Quapropter uigila, & tantis te oppone procellis,
 Que patriæ impendent iam iam suprema minantes;

O FERNANDE, tuæ. Incipiet fors inuida tecum
 Luctari: tu contra omnes audentior ictus
 Intendens clypeum, motus contemne sinistros
 Fortuna, ueluti rupes immota sonanti
 In pelago circumlatrantes ridet aceruos
 Vndarum, ut potis est fluctu non flectier ullo.
 Insta, impelle, urge, procerumq; incide ueternum,
 Quos tenuit scissa gaudens Discordia palla
 Hac lenus: horum animos languentes excita ad arma,
 Ad belliq; facem, & Martis decora inchyta iusti
 Elato subeunda animo, & presentibus ausis,
 Dum spem suppeditant superi, & sperare triumphos
 Promittunt: procul à uestris ceruicibus hostem,
 Hostè qui gelida adproperat pharetratus ab Arcto,
 Austriacos sese passimq; effundit in agros,
 Pellite: firmabit læuo Deus omine coepta.
 Currite sic uultu fata ò ter fausta benigno.

At tu ne lachryma, ò mater, de corde querelas
 Pelle graueis, haud hæc tulerint impune phalanges
 Turcarum tumida. Properantibus undiq; signis
 En Germanæ acies, pandis in bella catæis,
 Vibrantesq; manu frameas, de more parentum,
 Conuenient: sed & auxilio celer arma Boiuenus
 Sumet, & exi: emo miles fremet excitus Albi,
 Concordiq; ruent animo trepidantia contra
 Agmina Turcarum. En multis dum millibus urbem
 Obsidio.

Obsidione prement, tormentorumq; labantes
 Turbine uas stabunt turres, pinnasq; minaces,
 Passim sternentur, furuum & mittentur ad orcum:
 Committent sua terga fuga, passimq; per agros
 Diffugient latos, obsessam urbemq; relinquent.
 Currite sic uultu fata ò ter fausta benigno.

O quam dira dabunt Otomannæ uulnera genti
 Tum Germanæ acies? quanto cum sanguine Mauors
 Sciet? ut patrijs propellent finibus hostem?
 Atq; urbem longa tandem obsidione leuantes,
 Pannoniæ incultos inimico sanguine campos
 Inficient: tum etiam fluuiorum maximus Ister,
 Turcarum accepta uariabit cæde colorem,
 Inq; fretum uix repperient sua flumina cursum,
 Dum simul arma uirum, truncataq; corpora uoluent.
 Hosce tuo felix gnato Fortuna triumphos
 Molitur, non ulla time contraria fata,
 Veridicis par est, mater, te credere Parcis.
 Currite sic uultu fata ò ter fausta benigno.

At mox tempus erit, quo Cæsar ab orbe profectus
 Hesperio, rursum Oenotrias optatus ad oras
 Appellat, facili celeres dum gurgite classes
 Prosequitur pelagi domitor Saturnius alti.
 Et iam Felsinea consistens lætus in urbe,
 Pontifice à summo sacram de more coronam,
 Illustratam auro & gemmis, nitidisq; lapillis

Turcæ cæsi ad
 Viennam, men
 se Octobri, an
 no 1529.

Cæsar nauigat
 in Italiam.

Cæsar corona
 tur Bononiæ,
 24. die Martij,
 anno 1530.

Accipiens, motus tremebundos pace sequestra
 Comprimet Italia, nec non mansura per annos
 Foedera firmabit longos melioribus astris,
 Confessuq; patrum, & populo applaudente Quirini.
 Currite sic uultu fata ò ter fausta benigno.

Carolus Ger-
 maniã repetit.

Pax ergo Ausonijs ubi rursum effulserit oris,
 Exoptata pijs totiens, pax aurea, uotis:

Germanas iterum gentes, patria arua reuifet
 CARLVS. Austriades, de religione tumultus.

Bellum rusti-
 cum intelligit.

Tollere uesanos cupiens, male olentis Auerni
 Quos pridem domitor, furtiuum in pectora uirus,
 Vipereamq; uiris animam, cæcumq; furorem
 Mentito inspirans CHRISTI sub nomine, sparsit,
 Paulatimq; sacras leges abolere parentum
 Fraudibus insanis, passim noua sacra per urbes
 Arctioas, ritusq; nouos inducere suasisit.
 Currite sic uultu fata ò ter fausta benigno.

Cæsar Augu-
 stam Vindelico-
 rum 15. die Iu-
 lii. ñ. uenit, anno
 2130.

Et mox Augustam properè dum tendet ad urbem,
 Obuia turba ipsi portis se effundet aperitis
 Vindelica, insignes pueri, matresq; Lycææ:
 Tendet in occursum populus, iuuenesq; senesq;
 Vno hilares uoce excipient, & fronte serena
 Austriaden: sumptis pubes sese offerret armis
 Læta olli, frameas quatiens de more parentum
 Oblongas, mox & turmae pandentur equestres
 Lata per arua: aderunt magna slipante caterua

Germani

*Germani proceres, patrias quod adiuerit oras
Gaudebunt, hilares exultabuntq; recepto,
Et reduci applaudent, urbisq; ad limina ducent.
Currite sic uultu fata ò ter fausta benigno.*

*CAROLE tum uarias sed tu pacare memento
Christigenum turbas, paulatim in uiscera uirus,
Ab Stygijs uirus multò letalius undis,
Tolle animo, illapsum, forti. Componere tantos,
Qui mundum quatiunt inimico fydere passum
Germanum, nimbos, auibus contende secundis,
Dum tibi consilio præstò est FERNANDVS amico,
Técum & consorti uexatur mole laborum.
In uos en hominum spes inclinata recumbit,
En tolli noua sacra petunt, ritusq; recentis:
Legibus exolui, & prisca se reddere uite,
Maxima pars hominum uotis desiderat æquis.
Currite sic uultu fata ò ter fausta benigno.*

*Positis tamen, heu, pestem ne auertere tantam,
Et uiderem rursus templis indicere honorem,
Bella ciet uobis iam. Asiae detentore & heros,
Intonat atq; iterum multa legione superbus,
Pannonicæ inuictam cupiens sua sub iuga gentem,
Atque alios CHRISTI sacrum qui numen adorant,
Mittere, barbaricis & eos frenare catenis.
Currite sic uultu fata ò ter fausta benigno.
Vos uerò ò gemini, mauortia pectora, fratres,*

Intelligit alteram Turcæ irruptionem in Austriam factam, anno 1532.

Turbine ne ueſtros animos demittite tanto,
 Ridete ambiguae potius ludibria fortis,
 Fortiter aduerſas rerum ſufferre procellas
 Affueti, atq; minis fortunæ cedere nullis.
 Humanis neque enim uirtus obnoxia rebus,
 Nec mens in uanos recidit generoſa timores,
 Aſtra polosq; ultra potius uolat, ultima mundi
 Tranſiit, & ſcopulos, miſereq; pericula uitæ
 Deſpiciens, ſati nullius iura tremiſcit.
 Currite ſic uultu ſata ò ter ſauſta benigno.

Effuſura omneis nam tum Germania uires,
 Vobis prompto animo ſua ſigna potentia iunget,
 Conuenient & Francus eques, Boij, atque Nemetes,
 Rhætorumq; truces populi, ſua Saxones arma,
 Vindeliceq; manus, & amantes bella Sueni
 Expedient: quos paruus Iler, quos maximus Aenus,
 Theſſia quos piſcoſus, & acri uortice Rhenus
 Deſpumans, ſeptemgeminus quosq; alluit Iſter,
 Atque alij, quorum longum foret ædero nomen,
 Vnâ aderunt omnes tam in ſta in bella parati,
 Tûrcarum inq; fugam uertent mox agmina turpem.
 Currite ſic uultu ſata ò ter ſauſta benigno.

At iam parte alia Libycus ſua tela tyrannus
 Efferet, Heſperias numeroſo milite ſeptus
 Ardebit maleſanus opes, tua CAROLE regna,
 Regna auro, argento, & cunclis præcioſa metallis.

Quare

Quare age tempus ades, Italas repete ocyus oras,
 Coge duces, coge arma, inopinas collige uires,
 Ardorem Libyci sæuum præuertere regis
 Est opus, illius insanos compefcere motus,
 Et sumptis Libycas armis excindere uires.
 Currite uos uultu fata ò ter fausta benigno.

Aeole uentorum princeps, sanctissima cuius
 Iura tremunt undæ, rapidiq; sub æquore fluctus,
 Turbida cui sæuis immittere flabra fluentis,
 Et terras quassare, & ab imo Nerea ponto
 Erue rea, ut uentos tempestatesq; sonoras
 Imperio premere, & duris compefcere uinclis
 Concessum est. Quinto ò sæueas, puppiq; natanti
 Aeole paulisper, tutas dum sospes arenas
 Contingens, Afris pergat succedere regnis.
 Currite uos uultu fata ò ter fausta benigno.

Audimur, uota Hippotaden tetigere uocatum,
 Sentimus temues uentos, & strata uidemus
 Aequora, subsidunt undæ, & fera murmura ponti
 Adlutum posuere, Euri post terga secundi
 Adspirant, classem impellunt Nereides udæ.
 Vos igitur ò iuuenes insurgite remis,
 Pacatum in pelagus læti compellite naues,
 Confestim & CARLVM, Germano milite cinclum,
 Afrorum debellandæ iam appellite terræ,
 Africa ut horribili tremat horrida terra tumultu.

Nauigatio D.
 Caroli in Bar-
 bariam, aduer-
 sus Babarof-
 sam, ann. 1535.

Curri sic uultu fata ò ter fausta benigno.

N iacile animo, non inuito tu numine bellum

M iliris, perge, infidos animosus in hostes

P rogredere: en iam terga fugæ committere turpi

Incipiunt: Libycum omne solum tremit, spera ponunt

Corda uiri: iam nulla sibi loca tuta Tyrannus

Esse uidet, Ceu cum Cypriæ de nube uolucres

Delapsam nigra accipitrent aspexere, domorum

Tecta petunt, atque occultas (loca tuta) latebras.

Seu ueluti lupus orbatum custode iuuenicum

Si quando maclauit hians, & rustica pubes

Armat, timet ipse sibi, seque auis altos

In montes syluasque abdit: Sic impius Afer

Tunis expul-
gnata.

Diffugiet, Libycæque altas Carthaginis arces

Deferet: expulso immensam tu rege Thyrsissam

Debellabis, & Afrorum dicto ocyus oram

Inuadens, hanc tum plena dititione tenebis.

Currite sic uultu fata ò ter fausta benigno.

Pugnacem heu uideo rursus sua lilia Gallum

Bellum Galli-
cum notat, an
no 1536, exor-
tum,

Efferre, heu se uo re: in funesta tumultu

Praelia: parte alia paruer ruit excita celsis

E speculis regina autum, cursuque librato

In Gallorum inhiat regnum, non ipsa nefandam

Affectet tamen ut praedam, sed se per a tueri

Insubrum, toties haud iusto Marte petita

Discupiens. Heu quid toties FRANCISCE cruentas

*Te iuuat in clades ruerè? & tot stragibus orbem
 Afficere infandis miserum? quid stringere ferrum
 In proprios iuuat usque artus? Si recta monenti
 Auscultare uelis, tua concors robora CARLO
 Connectes, CARLVsq; tibi sua robora iunget,
 Abscedentq; omnes pacata mente procellæ.
 Scilicet hoc uotis exposcit mundus honestis
 Christigenum, toties truculenti turbine Martis
 Quassatus tandem ah fluxis succurrite rebus
 Vnanimè, fesso, ò belli duo fulmina, mundo
 Parcite, & internos de religione tumultus
 Sedete, ut squalore iterum Themis aurea terras
 Inuisat posito, una fides ut ubiq; nitescat,
 Inuehat atq; homines folio candentis olympi,
 Vna fides, & purus amor, & recta uoluntas.
 Currite sic uultu fata ò ter fausta benigno.*

*At mox tempus erit, positis Germania turbis
 Internis, sese Austriadæ coniungat utriq;
 Prompto animo, & felici aëstro, ac concordibus armis,
 Turcarum populos expugnatura rebelleis,
 Ocyus arma, enses, frameas, sæuosq; dolones,
 Ferrea gesta, sparus, hastas, & castra, facesq;
 Et clypeos, galeas, ißos, pila plumbea, caias,
 Bombardasq; truceis, patrio & de more catæias,
 Idq; genus bellorum alia instrumenta furentum
 Expediet: iusto auxilio, & melioribus armis*

Effectus præ-
 fatio respōdit,
 anno 1538.

*Arctoe genit̄s proceres, tua signa secuti,
CAROLE, crudeleis tam progredientur in hostes,
Excidentiq; ipsos flammis, ferroq; fameq;
Currite sic uultu fata ò ter fausta benigno.*

*Quare agite, ò gemini, mauortia pectora fratres,
Quandoquidem celeri felix uictoria penna
Vos uolitat circum, & læuo Deus omine firmat
Cœpta Panomphæus, uos ò tanto auspice freti,
Ocyus altuum reginam extollite, magno
Sumit: tela animo, socialiaq; arma tyrannos*

Carolus est
expugnaturus
Hierosolimā,
& omne impe-
rium Turcæ di-
ruet.

*Vertite in externos : ita nanq; oracula uatum
Præcituere olim ueterum, mox adfore tempus,
Austriades Solymū quo castra locabit ad urbem
CAROLVS, atque illam felici protinus aastro
Expugnans, mox Arcadiam, & delubra Lycæi,
Atque Asiæ reges, Tanaisq; ferocia regna,
Aemoniasq; arces, altasq; Propontidis urbes
Oblongæ reparabit ouans, & littora Coa,
Atque acreis Macedum turmas, & Cassia clausura,
Spartamq; & magnas coget seruire Mycenæ:
Turcarumq; manum diram, Scythicasq; phalanges,
Vaslarum toties miserè qui Theutona regna,
Franget, & insigni deuincet Marte: pudendo
Eximet imperio, qui nunc seruire tyranno
Immani, & duræ sua subdere colla securi
Coguntur, paulò ante bono qui munera CHRISTO,*

Aspidiasq;

*A*siduasq; preces grato ore offerre solebant.
*C*urrite sic uultu fata ò ter fausta benigna.

*F*atidici hæc olim uates cecinere futura:
*H*æc uos ò gemini, constanti pectore, fratres
*S*eruate, & Mahometigenas euertite gentes,
*T*hessalicas arces, & Graia reducite regna,
*E*t septemgeminum de fonte inquireite Nilum,
*D*ebinc Oceanum, Tanaim calcate niualem,
*T*igrim & Schemenium, celeremq; inuisite Orontem,
*D*eniq; seruitio pressum reparate potenti
*V*ictriciq; manu mundum, qui tempore longo
*S*eruit Arsacidæ domino, Turcæq; feroci,
*E*t quicumq; colunt fallentia numina, ueri
*H*osce omneis uerum ad CHRISTI conuertite numen,
*V*inoscant uerumq; Deum, uerumq; Tonantem,
*C*ui mare, cui tellus, cui sol, cui sidera parent,
*Q*uemq; tremunt furui reges, & Tartarus ingens,
*E*t qui sidera quondam delapsus ab arce,
*H*umani uoluit sceleris genus omne piare,
*A*bluere & proprio ueterem tum sanguine labem:
*H*ic, facite, ut uerum in flumen, lymphamq; salubrem
*I*mmersentur, & expurgent quodcumq; piandum est,
*I*n post excuti membri, & lumine casti,
*A*etherias adeant sedes candentis olympi,
*H*ic ubi purior est secretus ab aëre spisso,
*E*t nunquam fuscis stipatus nubibus aër,

*Aiq; ubi per pœa d' resident, gaudentq; beati.
Carrite sic uultu fœa d' ter fausta benigno.*

*Hæctumagna parens, fortunatissima matrum,
Euentura scias: quando hæc sumus ore locuta
Veridico tibi, nos Parca secreta mouere
Fatorum, rerum ac seriem queis ducere magni
Concessit dominus cœli, Saturnius heros,
Queisq; datum instantes semper pœnosse labores.
Ne dubita, hostilibus postquam per bella phalanges
Fortia prosterment, multa cæde arua Getarum
Tingentes: quum Dnubius cernetur & undis
Largior ire suis, & utraq; hilare scere ripa,
Hostibus insultare, altosq; inuoluere fluctus.
Deniq; crudeles sua sub iuga Marte secundo
Postquam Turcæ ierint, celso decora ardua olympo
Tum geminos fratres, magna d, tua pignora, mater
Constituent, & erunt horum immortalia semper
Facta, refulgentis donec uaga sydera cœli
Fulgebunt, dum sol roseo uelatus amictu,
Suauè hominum generi lumen producet ab Indis,
Donec luna atras ornabit pallida noctes,
Dum cete innabunt ponto, dum fluctibus orbem
Ambiet Oceanus, refluetq; reciproca Thetys,
Amborum semper decus immortale uigebit:
Ac tandem placida pacata per oppida pace
Gaudebunt homines, & utrunq; beata sequentur*

Secula, renascetur toto Themis aurea mundo.

Nam sic fata neunt uultu ter fausta benigno.

Hæc sunt, quæ matri quondam fatalia nentes

Stamina, concordî cecinerunt uoce forores,

Candida inauratis uoluentes licia fufis.

Quare agite, & ueſtros, laticum ò certiffima diuî

Numina, per fundat uultus iucunda uoluptas,

Lætittia & niueis induta colubibus artus,

Inſcia curarum, lachrymasq; exoſe fluenteis,

Exuliet, triſtiq; abigat ſuſpiria mente,

Quæ longo uos iam ſpatio tenuere, nigraq;

Hæcenus infecere animos caligine ueſtros.

Nam ſi monſtrorum domitor, Tyrinthius heros,

Vt coleret ſummum luſtro redeunte Tonantem,

Atque ſuum merito patrem celebraret honore,

Elæo quondam poſuit certamina campo,

Exulit atque oleæ textam de fronde corollam

Sylueſtris, dandam huic, multo qui puluere corpus

Perfuſus, ſimul & ſudore exhauſtus anbelo,

Præteriſſet ouant ſocios certamine luctæ:

Si Phæbo pariter conſectis Græcia luſtris,

Pythia conſtituit propter Pythona peremptum,

Squamis horrentem, & criſtis capite alta ferentem,

Secra olim, & celebri poſuit certamine ludos:

Et Stygio ſi condiderant delubra Tyranno

Elæi, quoniam ſenſiſſent illius alnum,

Hæcenus re-
cenſuit Danu-
biiſ Parcarū
uaticiniū, nūc
orationē rur-
fus ad fluuios
dirigit.

Oethæi contra vitres & pectora regis,
 Præsidium: quorum aratas resera: e quotannis
 Consuerant portas tantum semel, inde manebant
 Semper clausa sera firma, & compagibus arctis.
 Cur non illa dies nobis natalis agatur?

Cur non ante alias lux sit dignissima cultu,
 Qua primum teneris hausserunt flatibus auras,
 Vitaleis auras, nostris di: lebita terris

Lumina? quur, Diui, cessamus gaudia pleno
 Ferre sinu? quur lætificis non plausibus horum
 Natalem excipimus? quur non solennia sacra
 Instituuntur eis, abigent qui nubila tanta?

Qui tempestates, qui tanta pericula nostris
 Depellent laribus? per quos iam bella tumultus
 Sedabunt uiolenta suos, pax alma per orbem
 Floreat ut totum, surgant & ut aurea passim
 Sedæ, renascanturq; iterum Saturnia regna?

Nunc iterum, o diui, repeto, bona gaudia uultu
 Carpite lætanti, resonent iam plectra lyneq;
 Et nerui, atque tubæ, citharæq;, hilaresq; choreæ,
 Cornua læta sonent, adsint cantusq;, iociq;
 Gaudiaq;, plaususq;, & uultu grata sereno
 Lætitiæ, atque animi nubes depellere docta:

Autor loquit. Lamq; satis, uos o nostrum feliciter omen
 Accipite, eximij fratres, præstantibus actis,
 Et uirtute pares, animisq;, & robore firmo:

*Hos orsus, atq; hæc uestris exordia gestis
Promissa, ingentum si fors au pondera rerum
Ardua, quæ uos circumstant, uarij; labores
Tantum oci tribuunt, fronte inspiciatis amœna:
Maturus ubi postèrius iam tempera fœtus
Mi dederint mea, tum numeris grauioribus acta
Expediam, & uastum passum diffusa per orbem
Facta canam miranda, adsit modo dexter Apollo.*

A V S T R I A D O S L I B R I
S E C V N D I F I N I S .

